
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY


SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
CHRISTO ET ECCLESIAE
VE RI TAS

AD ARTIS VETERVM ONIROCRITICAE HISTORIAM SYMBOLA

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM SCRIPSIT

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES


AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORVM IENENSIVM ORDINE

RITE IMPETRANDOS

IOANNES FISCHER
SVIDNICIENSIS

IENAE
TYPIS HERMANNI POHLE
MDCCCXCIX



Genehmigt von der philosophischen Fakultät der Universität Jena auf Antrag des Herrn Professor Dr. Goetz.

Jena, den 3. Dezember 1898.

Geh. Hofrat Dr. Liebmann
d. Z. Decan.

Vita.

Ioannes (Hans) Fischer Suidniciae a. 1876 natus sum. Ab a. 1886 usque ad a. 1895 gymnasii Suidniciensis discipulus fui. Tum Vratislaviae per duo semestria studiis maxime philologicis me dedi, Ienae per quinque semestria scholis atque exercitationibus Gaedechensii, Gelzeri, Goetzii, Hirzelii, Liebenamii, Lorenzii, Pickii interfui. Quibus viris doctissimis summam gratiam semper habebo.

Praemonita.

De artis onirocriticae historia iam complures viri docti egerunt. Fabricius (Bibl. Gr. ed. Harl. V, p. 265 sq.) enumeravit scriptores; G. Wolff (Porphyrius de philos. ex orac. haur. p. 60 sq.) aliquanto plura de eis disseruit; Buechsenschuetz ('Traum und Traumdeutung im Altertum') locos diligenter contulit; nonnulla adiecit W. Reichardt, de Artemidoro p. 130 sq.; praeter ceteros commemorandus est E. Oder (cf. Susemihl, Litter. d. Alexandr. I, p. 868 sq. et Rh. M. 45 p. 637 sq.) Ipse, quippe qui hanc disputationem symbolam tantum esse confessus sim, eos solum scriptores tractabo, de quibus aliquid novi repperisse mihi videor.

I. De sectis onirocritarum ante Artemidorum florentibus.

Artemidorus, cuius ex opere omnia fere quae ad artis veterum onirocriticae cognitionem spectant hauriuntur, onirocritarum ante illam aetatem florentium tres sectas distinguit, antiquissimorum, antiquorum, recentiorum, de quibus sectis deinceps tractandum erit.

§ 1. Primum agam de eis somniorum interpretibus, qui ab Artemidoro *παλαιοί* nominantur. Viri priscae pietatis [1]) *ἀπὸ πείρας* interpretantes [2]) nonnulla insigniter dixerunt [3]), sed ea quae protulerunt erant *σπερματωδέστερα καὶ οὐκ ἐξειργασμένα* [4]), *ἐνδεῶς εἰρημένα* [5]). Coeperunt firmas interpretandi leges sequi et quinque genera somniorum allegoricorum distinxerunt [6]), sed nonnulla nimis succincte tractabant ita, ut non omnia clara et perspicua essent [7]). Iidem iam sex esse *στοιχεῖα*, e quibus somnia essent interpretanda, docuerunt [8]). Ea quae a maioribus acceperant, retinebant [9]), sed nova quoque in libros onirocriticos intulerunt [10]). Tamen eorum quoque libri saepe suppleri pos-

1) A deis libros incipiebant, p. 15, 15.
2) e p. 2, 6 sq. concludendum.
3) καλῶς εἰρημένα p. 2, 4.
4) p. 197, 18.
5) p. 10, 11.
6) Id probaverunt Nicostratus Ephesius et Panyasis Halicarnassensis p. 9, 16.
7) p. 7, 11.
8) p. 9, 18.
9) p. 57, 20.
10) p. 93, 20.

sunt, iam ideo quod res novae inventae sunt, quas illi nondum noverant[1]). Quas adhibuerunt interpretandi rationes erant simplices, quod maxime cognoscitur in ea parte qua Artemidorus de animalibus agit; ex colore[2]) sive ex re omnibus notissima[3]) animalia per somnium visa quid significarent exponebant. Simplicissima haec quoque interpretatio est, qua mulier cuius coniux vivit, si alteri nubere sibi videtur, coniugem amissura esse creditur[4]). Proverbia et elocutiones poetarum vulgi proverbiis similes ad interpretandum adhibuerunt, velut, ut exemplo utar, manus dextra eum significat, qui 'δεξιὰ χεὶρ τοῦ δεῖνος' dicitur[5]). Etiam etyma respexerunt: cf. πρόβατα — προβιβασμός[6]), κάμηλος — κάμμηρος[7]). Certam rationem interpretandi instituerunt singulorum membrorum significationes ponentes: exstat apud Artemidorum παλαιὰ διαίρεσις, quid significent dextra et sinistra manus[8]). Omnino diversas rerum partes diverse esse interpretandas docuerunt[9]). Iam ἀναγραμματισμός eis notus erat, de quo Aristander Telmissensis, Alexandri Magni aequalis[10]), fusius egit[11]); quae res ad tempora antiquorum definienda summi est momenti. Is etiam membrorum significationibus eruendis operam navavit; nam Artemidorus eum diligentissime de dentibus egisse narrat[12]). Ex nomine rei per somnium visae somnium interpretatus est, cum Σάτυρος idem esse ac σὰ Τύρος Alexandro exposuit[13]); quae res ad antiquorum interpretandi morem optime quadrant. — Aristandri, qui apud posteriores magna auctoritate floruit[14]), librum Artemidoro

1) p. 61, 9. 2) p. 100, 5.
3) p. 111, 11. 4) p. 156, 27.
5) p. 40, 11; cf. 153, 5; 34, 23; 89, 3; 170, 14.
6) p. 100, 9. 7) p. 11, 25. 8) p. 40, 9.
9) Id fecit Panyasis p. 59, 9. De Panyaside cf. p. 132, 11.
10) p. 217, 15. Nunc conferendus est Pauly-Wissowa.
11) p. 216, 14; cod. V exhibet Ἀρίσταρχος καίπερ, sed recte Wolff (Porphyr. de philos. ex orac. haur. p. 61) assensus est Laurentiano, quem secutus Hercher Ἀρίστανδρος in contextu retinuit. Artemidorus Aristandrum diligenter legit ceterisque locis laudat. Aristarchum hominem obscurum Artemidorus, qui rarissime alios interpretes laude dignos indicat, valde dubito an non ἄριστον ὀνειροκρίτην nominaverit.
12) p. 31, 4. 13) p. 217, 15.
14) Lucian. Philop. 21, 22.

optime innotuisse pro certo habendum est; sed etiam ceterorum antiquorum libros legit, quamquam *ἔνια διὰ τὴν ἀρχαιότητα σπάνια καὶ διεφθαρμένα* ideoque minus pervulgata fuisse testatur[1]).

§ 2. *Οἱ πάνυ παλαιοί* quando floruerint aliquo modo determinari inde potest, quod balneorum significationem nondum noverant. Tum enim in usu fuerant *ἀσάμινθοι*[2]), quorum apud Homerum mentio fit. Itaque quaerendum est, quando balneorum usus tam frequens factus sit, ut significationem lavandi mutare necesse esset. *Βαλανείοις* autem cum Aristophanes aliique comici acriter repugnaverint, concludere licet illa tunc temporis nondum ab omnibus hominibus esse usitata. Sed ineunte quarto a Chr. n. saeculo *βαλανεῖα* publica Athenis instituta sunt[3]), neque quidquam notum est alias civitates antea hoc fecisse. Itaque exeunte quinto, ineunte quarto a. Chr. n. saeculo tempus fuisse videtur, quo bene alia atque antea ratio lavandi institui poterat. Quod cum superioribus minime discrepat, quibus demonstravimus antiquos onirocritas quarto fere saeculo florere coepisse. Quod Artemidorus narrat antiquissimos fulmine ici divitibus malum, pauperibus bonum esse docuisse[4]), in memoriam revocat quae Herodotus et Aeschylus de invidia deorum sentiunt[5]). Plura nescimus: itaque ex eis, quae de antiquis dicta sunt, erit proficiscendum. Qui cum certas leges interpretandi ipsi invenerint, verisimile est illos tales leges nondum adhibuisse.

Iam temporis ratione monemur, ut in horum onirocritarum numerum Antiphontem sophistam inseramus. Fragmenta libri Antiphontei collegit Hermannus Sauppe[6]). Omnia quae de Antiphontis opere ex hac collectione cognoscimus, ita

1) p. 2, 10. 2) p. 57, 18.

3) I. v. Mueller, Griech. Privataltert. p. 133, 134 (Handb. IV 1, 2).

4) p. 93, 3.

5) cf. W. Hoffmann, Aesch. u. Herod. über den φθόνος der Gottheit, Philol XV (1860), p. 224 sq.

6) De Antiphonte sophista, Ind. schol. Gotting. 1867, p. 17, 18. Quod affert ex Clement. Alex. Strom. 7 p. 712 C: χαρίεν τὸ τοῦ Ἀντιφῶντος· οἰωνισαμένου τινὸς ὅτι κατέφαγεν ὗς τὰ δελφάκια, θεασάμενος αὐτὴν ὑπὸ λιμοῦ — κατισχναμμένην, Χαῖρε, εἶπεν, ἐπὶ τῷ σημείῳ, ὅτι οὕτω πεινῶσα τὰ σὰ οὐκ ἔφαγε τέκνα — dubito num libro onirocritico sit attribuendum

enumerari possunt: Duo somnia a Cicerone afferuntur[1]). Liber plenus erat somniorum[2]). Artemidorus Antiphontem cuiusdam somnii mentionem fecisse testatur[3]). Somnia artificiosa[4]) explicatione erant instructa[5]), qua re coniector magnam gloriam adeptus est[6]). Materia tanta erat, ut Stoici libro uberrimo fonte ad exempla afferenda uterentur[7]). Omnibus his locis de singulis somniis eorumque artificiosa interpretatione sermo fit. Qua re verisimile est Antiphontem collectionem singulorum somniorum explicationibus adiectis composuisse. Nunc apparet, cur Stoici maxime ex eius opere hauserint, cur Artemidorus uno solum loco eius mentionem faciat. Tum opera onirocritica certis legibus instructa nondum exstiterant, et Lysimachus ille[8]), qui e tabula onirocritica vaticinatus esse dicitur, sine dubio inter *γόητας* et *βωμολόχους* est referendus.

§ 3. Art. I prooem.[9]): *σχεδὸν γάρ οἱ μικρὸν ἡμῶν πρεσβύτεροι δόξαν συγγραφικὴν ἀπενέγκασθαι βουλόμενοι καὶ διὰ τούτου ἡγούμενοι ἔνδοξοι ἔσεσθαι εἰ συγγράμματα καταλίποιεν ὀνειροκριτικά, ἀντίγραφα ἀλλήλων πεποίηνται ἢ τὰ καλῶς εἰρημένα ὑπὸ τῶν παλαιῶν κακῶς ἐξηγησάμενοι ἢ καὶ ὀλίγοις τῶν παλαιῶν πολλὰ προσθέντες οὐκ ἀληθῆ· οὐ γὰρ ἀπὸ πείρας, ἀλλ' αὐτοσχεδιάζοντες, ὅπως ἕκαστος αὐτῶν ἐκινεῖτο περί τινος, οὕτως ἔγραφον, καὶ οἱ μὲν πᾶσιν ἐντυχόντες τοῖς τῶν παλαιῶν βιβλίοις, οἱ δὲ οὐ πᾶσιν· ἔνια γὰρ αὐτοὺς δι' ἀρχαιότητα σπάνια ὄντα καὶ διεφθαρμένα διέλαθεν.*

Qualia fuerint quae adiecerunt, tres Artemidori loci docent. Art. I 3[10]): *πολὺς γέλως παρῆλθεν εἰς ἀνθρώπους ὑπὸ τῶν ταῦτα τὰ ἓξ (στοιχεῖα) τῶν μὲν ὀκτωκαίδεκα, τῶν δὲ ἑκατόν, τῶν δὲ δια-*

---

non minus quam illud Melampodis περὶ παλμῶν Script. physiogn. ed. Franz p. 461: ὀφθαλμὸς δεξιὸς ἐὰν ἅλληται, κατὰ Φημονόην καὶ Αἰγυπτίους καὶ Ἀντιφῶντα, ἐχθροὺς ὑποχειρίους ἕξει. Cum Phemonoes liber subditicius sit, id quod postea demonstrabitur, Antiphon quoque falso auctor libri allati putari potuit.

1) de div. II § 144.
2) Sen. contr. II 9, § 33.
3) p. 109, 12.
4) de div. I § 116.
5) de div. I § 89.
6) Lucian. ver. hist. 2, 33.
7) de div. I § 39.
8) cf. S. Wolff, Porph. de orac. p. 58.
9) p. 2, 1.
10) p. 10, 6.

κόσια πεντήκοντα εἶναι λεγόντων, ἐπειδὴ ὅτι ἂν λέγωσιν οὐ διαφεύγει τὸ μή τι τῶν ἓξ εἶναι. Simili modo in tales somniorum interpretes invehitur p. 202, 24. — Non solum in rebus theoreticis, sed etiam in ipso interpretando hac nimia subtilitate usi sunt, mera deliberatione, non experientia ducti: cf. Art. IV 63 [1]): *τῶν δὲ τὰ λίαν μεγάλα αἰνίγματα προσαπτόντων τοῖς ὀνείροις κατάπτυε ὡς οὐκ ἐχόντων ἔννοιαν ὀνείρου φαντασίας ἢ τῶν θεῶν πανουργίαν καὶ κακοτροπίαν κατεγνωκότων . . . πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα βουλομένῳ σοι μαθεῖν εὔκολον . . . εἰσὶ γὰρ παρὰ Λυκόφρονι ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ καὶ παρὰ Ἡρακλείδῃ τῷ Ποντικῷ ἐν ταῖς Λέσχαις καὶ παρὰ Παρθενίῳ ἐν ταῖς Ἐλεγείαις καὶ παρ' ἄλλοις πολλοῖς ἱστορίαι ξέναι καὶ ἄτριπτοι* [2]). Quamquam ex hoc loco non licet concludere tales coniectores post auctores demum allatos exstitisse, tamen manifestum est eos non prius floruisse quam poetae Alexandrini fabulas illas remotas ad novam vitam revocaverunt. Itaque videntur hi recentiores interpretes a secundo fere saeculo a. Chr. n. usque ad Artemidori tempora floruisse. Ad hanc temporis definitionem bene quadrat tertius locus, Art. IV 22 [3]): *περὶ συνταγῶν, ὅτι μὲν θεοὶ ἀνθρώποις συντάσσουσι θεραπείας, μάταιον τὸ ζητεῖν. πολλοὶ γὰρ καὶ ἐν Περγάμῳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἀλλαχοῦ συνταγαῖς ἐθεραπεύθησαν, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐκ τοιούτων συνταγῶν λέγουσιν εὑρῆσθαι. ὅτι δὲ ἃς ἀναγράφουσί τινες συνταγὰς πολλοῦ γέλωτός εἰσι μεσταί, καὶ τοῖς ποιὸν ἀφιγμένοις φρονήσεως ἡγοῦμαι σαφὲς εἶναι· οὐ γὰρ τὰ ὁρώμενα ἀναγράφουσιν, ἀλλ' ὅσα ἂν αὐτοὶ πλάσωσιν.* — Sed cum argutias excogitare non idem sit ac diligenter res perquirere, hoc quod Artemidorus aequalibus quibusdam crimini dat *μὴ περὶ ἑκάστου ἀκριβοῦν καὶ ἐξονυχίζειν* [4]), bene ad hos recentiores refertur, praesertim cum etiam falsas antiquorum opiniones *πεπλανημένοι* in opera sua receperint [5]).

---

1) p. 240, 18.

2) Quales mythos Artemidorus ipse adhibendos censuerit, scriptum est IV 37.

3) p. 213, 21. De hoc loco cf. infra.

4) p. 21, 9. 5) p. 57, 26.

II. Quibus rebus Artemidorus cum antiquis consentiat et quibus ab eis differat.

§ 4. Quomodo Artemidorus in universum antiquorum libris usus sit, ipse testatur initio libri II[1]): *ἐποιησάμην τὸν λόγον ἀεί τε φυλαττόμενος, ὅπου γε μὴ μεγάλη ἀνάγκη ἐπείγοι, μὴ συμπεσεῖν τοῖς παλαιοῖς, καὶ παραλείπων οὐδὲν τῶν δεόντων ἢ εἴ τι προλαβόντες οἱ παλαιοὶ διδασκαλικῶς ἐξηγήσαντο· περὶ ὧν οὐκ ἐχρῆν ἐμὲ λέγειν, ἵνα μὴ ἀντιλέγειν ἐπιχειρῶν ψεύδεσθαι ἀναγκάζωμαι ἢ τὰ αὐτὰ λέγων ἀποκλείω τῆς εἰς μέσον παρόδου τὸν πόνον τῶν παλαιῶν.* Gloriatur se artem onirocriticam scripsisse *κατὰ μηδὲν κοινωνοῦσαν τῇ τῶν παλαιῶν ὑποθέσει* [2]). Modestius dicit alio loco [3]): *ὅσα σπερματωδέστερα καὶ οὐκ ἐξειργασμένα οἱ παλαιοὶ συνέγραψαν, ἐξειργασάμην εἰς λεπτὴν καὶ ἀληθῆ διαίρεσιν.* Tamen insunt nonnulla, quorum vestigia iam apud antiquos repperimus [4]).

Vidimus antiquos ex nominibus rerum visarum vaticinatos esse iamque in etyma vocum inquisivisse. Huius rei complura exempla inveniuntur apud Artemidorum [5]): *αἴξ ἐπαιγίζειν* 100, 21;

1) p. 84, 5. 2) p. 169, 4. 3) p. 197, 13.

4) Miro modo consentiunt rationes quas Artemidorus sequitur cum libro qui inscribitur: Der Musulmanische Traumdeuter oder sonderbarliches Traumbuch, worinnen die Lehre von der Deutung der Träume nach der Araber Meinung gewiesen und selbe kurz und deutlich ausgeleget werden; samt einer Vorrede, Was eigentlich von Träumen zu halten. Aus einem Arabischen MSS übersetzt. Hamburg 1702. 8°. Ibi legimus p. 25: „Denn die Traumdeutung geschiehet zuweilen aus ihren Gründen, nach dem Unterscheid der Menschen, der Zeiten und der Angelegenheiten. Zuweilen nimmt man sie aus dem Buch des Allmächtigen Gottes, zuweilen aus einem gebräuchlichen Sprichwort; zuweilen geht man von dem, welcher (videtur legendum was einer) träumet, auff das, welches ihm gleich ist oder einerley Namen hat. Zuweilen deutet man nach dem Wort, zuweilen nach dem Verstand, zuweilen nach dem Gleichniß, zuweilen nach dem Ursprung des Wortes, zuweilen durch Zu- oder Abthuung einiges Dings.“ Singula saepissime differunt, quamquam nonnulla consentiunt cum Artemidoro. De Artemidori cum orientalibus onirocritis coniunctione disputavit Lewy, Zum Traumbuch des Artemidorus, Rh. M. 48, p. 398 sq.; contra quem, ut videtur recte, dixit Riess, Volkstümliches bei Artemidor, Rh. M. 49, p. 177 sq.

5) cf. Reichardt, de Artemidoro, Jena 1894, p. 150. Nostrum est eas solum afferre etymologias, quae ad somnia interpretanda adhibentur.

βόες βοᾶν 102, 2; *Διόνυσος διανύειν* 140, 29; *Νέμεσις νεμεσᾶν* 142, 1; *κήρινος Κήρ* 71, 17; *Ἄρτεμις ἀρτεμῆς* 132, 16.

Res cuius nomen alteram quoque rem significat per somnium visa ad hanc referenda est. Tales voces afferuntur: *ψῆφοι τῶν ὀμμάτων, τοῦ ἀργυρίου* 26, 18; *ὄγκοι τῶν δεσμῶν, τοῦ σώματος* 176, 22; *φθείρεσθαι περαίνεσθαι, ἀποθνήσκειν* 207, 17. 74, 27; *ἀκόντιον* lancea, serpens 265, 8; *Κόρη* Proserpina, pupilla oculi 145, 6; *αἴξ* animal, unda 100, 20; *τέλος* vectigal, finis 191, 10; *τόκος* fenus, liberi 248, 23; *ἀκέφαλος* capite orbatus, capitis deminutus 36, 24; *συνάλλεσθαι* salire, terreri 55, 12; *πομπή, πομπεία* pompa, rixa 263, 25; *δάκτυλος* digiti, fructus phoenicis 272, 23.

Si rei synonyma vox duplicis significationis exstat, res visa praenuntiat rem quae synonymae altera significatione designatur; itaque

res per somnium visa	eandem sive eandem fere significationem habet atque	itaque significat
αἰδοῖον	*μήδεα*	*βουλεύματα* 43, 10
αἰδοῖον	*ἀναγκαῖον*	*ἀνάγκη* 43, 11
αἰδοῖον	*αἰδώς*	*ἐπιτιμία* 43, 13
κάλαμος	*σύριγξ ἐκ καλάμου*	*σύριγξ* ulcus 44, 14
λίθος ἐν δακτυλίῳ	*ψῆφος*	*τῶν χρημάτων ἀριθμός* 89, 13
Σελήνη	*Κόρη*	*ἀδελφή* 135, 17
Κόρη	*κόρη*	*γλήνη* 145, 5
γαλῆ	*κερδώ*	*κέρδος* 180, 2
κεφαλή	*κεφάλαια*	*χρήματα* 21, 18. 36, 17. 37, 16
μῖξις	*φιλότης*	*φιλία* 76, 29

Nunc adferenda sunt verba translato sensu, elocutiones usitatae *ἐν τῇ συνηθείᾳ* [1]), proverbia ad interpretationem adhibita: *ὀνυχίζεσθαι — ἐπὶ βλάβῃ ὑπό τινος ἐξαπατᾶσθαι* 24, 17; *ὡς εἰπεῖν ἐκ πυρὸς τὰ σκέλη ἁρπάζειν* 45, 24; *σιδηροῦς — ὁ κακὰ ὑπομείνας πολλά* 47, 24; *ἐσθίειν τινά — ὠφελεῖσθαι παρά τινος* 64, 22; *ἐργάσιμοι λέγονται* (sc. *αἱ ἑταῖραι*) 72, 25; *τὴν τέχνην μητέρα καλεῖν ἔθος ἐστίν* 76, 21; *κάπρος καλεῖται τὸ ζῷον καὶ εἰκότως — αἱ κατωφερεῖς, καὶ τὸ 'καπρᾶς κακόδαιμον' Μένανδρός φησιν* 105, 7; *ὁ παρὰ*

1) p. 24, 17. 153, 17. 272, 13.

προσδοκίαν σωθείς — ἐξ Ἅιδου ἀναβεβηκώς 153, 17; οἱ εὐδαιμονέστεροι ὑψηλότεροι 158, 22; οἱ εὔποροι πτερὰ ἔχουσιν 10, 23; οἱ ἄπρακτοι ὕπτιοι 160, 19; οἱ παιδοτρίβαι καὶ παιδευταὶ ἀνθρώπους πλάσσουσιν 175, 15; φυλακὴ καὶ παρατήρησις καὶ μονὴ ἡ ζωή 192, 11; ἐργάται γὰρ καλοῦνται (sc. οἱ μύρμηκες) 171, 22; τοὺς καταδικασθέντας ἐν τῇ συνηθείᾳ κεκεραυνῶσθαί φαμεν 95, 2; ἡλίους γὰρ καὶ τὰ ἀρρενικὰ τέκνα οἱ γονεῖς ὑποκοριζόμενοι καλοῦσιν 133, 25; ἥλιον τὴν ἐλευθερίαν καλοῦσιν ἄνθρωποι 133, 27; ἐν τῇ συνηθείᾳ τὸν σίδηρον ἄρην καλοῦμεν μετωνυμικῶς 272, 13.

Iam violentius videtur verbum in duas partes dividere, ut ἀετός = α' ἔτος 112, 27; et violentissimum ex simili sono coniunctionem quandam statuere, ut inter καρῆναι — χαρῆναι 24, 6.

Singularum litterarum positione mutata efficitur ἀναγραμματισμός, quo Artemidorus non utitur ut ratione incertissima [1]). Tamen ad γράμματα διάνοιαν αὐτοτελῆ μὴ περιέχοντα ἢ ὄνομα ἀπρόσλογον hunc modum adhibendum commendat [2]).

Singulae litterae quid significent, difficillimum est explanare neque huius rei certa ratio statui potest [3]).

Affinitas quaedam est inter ἀναγραμματισμόν et ἰσοψήφων usum [4]), cui Artemidorus auctoritatem maiorem tribuit quemque ipse nonnullis locis adhibet: γαλῆ = δίκη = 42 (p. 179, 26); ρ = ἐπ' ἀγαθά = ἀγγελία = πεζῇ = μένε = πέδαι = νέμε = 100 (p. 181, 22); γραῦς = ἡ ἐκφορά = 704 (p. 217, 2); κήλη = ζημία = 60 (p. 185, 23).

Eadem ratio mihi inesse videtur IV 24 [5]), ubi in libris scriptum est: Σύρος ὁ τοῦ Ἀντιπάτρου δοῦλος (τὰ cod. V, om. L) ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ αὐτὰ τὰ πέλματα ἔδοξεν (om. V) μὴ ἔχειν. ζῶν κατεκάη. Hercher retinet τά, delet τὰ πέλματα et μή, pro αὐτά scribit αὖα; iam sensus efficitur, sed verba violentissime commutantur neque intellegitur quae affinitas sit inter hoc somnium et antecedentia. Ego contra scribendum conicio: Σύρος ὁ τοῦ Ἀντιπάτρου δοῦλος ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ τὰ πέλματα ἔδοξεν μὴ ἔχειν, αὐτά ut ex dittographia verbi antecedentis ortum reiciens. Exemplum antecedentibus simile esse debet; antecedunt tria somnia, quorum unum ad interpretandum ἰσόψηφος vox adhibetur. Huius loci difficillima

1) p. 216, 14 sq. 2) p. 16, 10. 3) p. 217, 7. 4) una afferuntur. 5) p. 217, 24.

est interpretatio; itaque mihi nimis audax esse non videor comparans *πέλμα μὴ ἔχειν* = *πυρῇ ἀποθανεῖν* = 874. Duo verba adhiberi posse iam exemplo supra allato demonstratur; hic difficultas inest in eo quod complura verba conferenda sunt. In forma Ionica *πυρῇ* offendere non possumus; nam ex libri primi prooemio cognovimus Artemidorum somnia ex diversissimis regionibus comportasse. Nescio an hoc quoque exemplum ad Aristandrum referendum sit, si Antipatrum [1]) Alexandri legatum esse censemus; *τὸ ὑπογεγραμμένον* tum est interpretandum 'postea scriptum sc. in fonte'. Tum facile intellegimus, cur Artemidorus interpretationis difficillimae rationem explicare omiserit.

Cum rebus tractatis cohaeret ratio qua Artemidorus de numeris sive per somnia praenuntiatis sive visis agit.

Quando somnium eventurum sit, paucis explicat p. 51, 2. 251, 22. Nonnunquam id somnio ipso praenuntiatur: p. 12, 25. 222, 19. 256, 15. 258, 20. 259, 14. 260, 33. 260, 15. Numeri qui evadunt sunt 1 (semel), 2 (semel), 3 (semel), 5 (semel), 55 (semel), 7 (ter). In opinationibus populorum multum valent numeri 1, 2, 3, 7, 10, plurimum autem 7 [2]), quae apud Artemidorum omnium saepissime invenitur. Videtur ex hac quoque parte Artemidori doctrina cum opinionibus vulgi cohaerere. — Nonnunquam litteris verborum numeri significantur, ut *οὐ* = 470 [3]). Sed hoc genere interpretandi caute utendum est [4, 5]). — Numeri somniantibus visi, de quibus agitur II 70,

1) quem Hercher in indice nullo argumento nisus cum onirocrita coniungit.

2) Multa de his numeris contulit M. Fraenkel, Trifolium, Ueber Prophetismus, Zahlensymbolik und Bücherreiz, Hamburg 1832; cf. Kroll, Antiker Aberglaube p. 37 sq. Quid Neopythagorici philosophi de talibus numeris censuerint, cf. Theo. Smyrn. Mathem. c. 37 sq. Photius cod. 187 e Nicomacho Geraseno.

3) p. 216, 11.

4) p. 216, 1, ubi accedit, quod interpres unam tantum syllabam respexit.

5) Prorsus alia ratio ex verbis per numeros vaticinandi invenitur apud S. Hippolytum, Refutationis omnium haereticorum l. X ed. Duncker, in l. IV; cuius simillima est ratio Pythagorica explicata tribus fragmentis codicum Parisinorum, quae publici iuris fecit P. Tannery, Notices et extraits, vol. XXXII, 2 p. 230 sq.

ad spatium vitae spectant, quod Artemidorus centum annos explere docet. Itaque in numeris interpretandis nunquam ultra centesimum egrediendum est. Nunc in rationem ipsam inquiramus et eos qui efficiuntur numeros in tabula ponamus.

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.
	ἓν u. μία								
1	55. 51	.	.	.	.	.	.	.	.
2	.	3	.	.	.	.	.	.	.
3	.	6	.	.	.	.	.	.	.
4	.	10	.	.	.	.	.	.	.
5	.	15	.	.	.	.	.	.	.
6	65	.	.	.	.	.	.	.	.
7	.	22	.	.	.	.	.	.	.
8	.	30	.	.	.	.	.	.	.
9	.	39	.	.	.	.	.	.	.
10	30	49	.	.	.	.	.	.	.
11	85	.	.	.	.	.	.	.	.
12	.	.	.	.	20	.	.	.	.
13	.	.	.	.	30	.	.	.	.
14	.	.	.	.	40	.	.	.	.
15	.	.	.	.	50	.	.	.	.
16	.	.	.	.	60	.	.	.	.
17	.	.	.	.	70	.	.	.	.
18	.	.	.	.	80	.	.	.	.
19	.	.	.	.	90	.	.	.	.
20	90	69	.	.	.	.	.	.	.
21	.	.	.	.	.	.	.	.	91. 70
22	.	.	.	.	40	.	.	.	.
23	.	.	.	.	60	.	.	.	.
24	.	.	.	.	80	.	.	.	.
25	.	.	.	.	100	.	.	.	.
26	.	.	.	.	.	85	.	.	.
27	.	.	.	.	.	42	.	.	.
28	.	.	.	.	.	50	.	.	.
29	.	.	.	.	.	59	.	.	.
30	.	99	.	.	.	.	.	.	.
31	.	.	.	.	.	.	.	.	100
32	.	.	.	.	60	.	.	.	.
33	.	.	.	.	90	.	.	.	.
34	.	.	.	.	.	40	.	.	.
35	.	.	.	.	.	45	.	.	.
36	.	.	.	.	.	95	.	.	.
37	.	.	.	.	.	52	.	.	.
38	.	.	.	.	.	60	.	.	.
39	.	.	.	.	.	69	.	.	.
40	.	.	12	40	.	.	.	.	.
41	.	.	.	.	.	.	.	.	13. 41
42	.	.	.	.	80	.	.	.	.
43	.	.	.	.	.	46	.	.	.
44	.	.	.	.	.	50	.	.	.
45	.	.	.	.	.	55	.	.	.
46	.	.	.	.	.	.	77	.	.

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.
47	.	.	.	.	.	62	.	.	.
48	.	.	.	.	.	70	.	.	.
49	.	.	.	.	.	79	.	.	.
50	.	.	13	50	.	.	.	.	.
51	.	.	.	.	.	.	.	.	14. 51
52	.	.	.	.	100	.	.	.	.
53	.	.	.	.	.	56	.	.	.
54	.	.	.	.	.	60	.	.	.
55	.	.	.	.	.	65	.	.	.
56	.	.	.	.	.	.	78	.	.
57	.	.	.	.	.	72	.	.	.
58	.	.	.	.	.	80	.	.	.
59	.	.	.	.	.	89	.	.	.
60	.	.	14	60	.	.	.	.	.
61	.	.	.	.	.	.	.	.	15. 61
62	.	.	.	.	.	63	.	.	.
63	.	.	.	.	.	66	.	.	.
64	.	.	.	.	.	70	.	.	.
65	.	.	.	.	.	75	.	.	.
66	.	.	.	.	.	.	79	.	.
67	.	.	.	.	.	82	.	.	.
68	.	.	.	.	.	90	.	.	.
69	.	.	.	.	.	99	.	.	.
70	.	.	15	70	.	.	.	.	.
71	.	.	.	.	.	.	.	.	16. 71
72	.	.	.	.	.	73	.	.	.
73	.	.	.	.	.	76	.	.	.
74	.	.	.	.	.	80	.	.	.
75	.	.	.	.	.	85	.	.	.
76	.	.	.	.	.	.	80	.	.
77	.	.	.	.	.	92	.	.	.
78	.	.	.	.	.	100	.	.	.
79	.	.	.	.	.	.	.	54	.
80	.	.	16	80	.	.	.	.	.
81	.	.	.	.	.	.	.	.	17. 81
82	.	.	.	.	.	83	.	.	.
83	.	.	.	.	.	86	.	.	.
84	.	.	.	.	.	90	.	.	.
85	.	.	.	.	.	95	.	.	.
86	.	.	.	.	.	.	81	.	.
87	.	.	.	.	.	.	.	38	.
88	.	.	.	.	.	.	.	46	.
89	.	.	.	.	.	.	.	55	.
90	.	.	.	90	.	.	.	.	.
91	.	.	.	.	.	.	.	.	91
92	.	.	.	.	.	93	.	.	.
93	.	.	.	.	.	96	.	.	.
94	.	.	.	.	.	100	.	.	.
95	.	.	.	.	.	.	.	.	95
96	.	.	.	.	.	.	.	.	96
97	.	.	.	.	.	.	.	.	97
98	.	.	.	.	.	.	.	.	98
99	.	.	.	.	.	.	.	.	99
100	per ἰσόψηφα interpretandum cf. s.								

ὅσοι οὖν τῶν ἀριθμῶν γραφέντες δι' ὅλων τῶν γραμμάτων ἀποτελοῦσι ψῆφον ἐντὸς τῶν ἑκατόν, τούτους χρὴ γράφειν καὶ ψηφίζειν καὶ ἡγεῖσθαι τοσαῦτα ἔτη σημαίνειν ὅσα ἂν ἡ ψῆφος μηνύῃ. εἰσὶ δὲ οὗτοι μόνοι ἓν μία ἓξ δέκα ἕνδεκα δεκακαιδέκα: Columna I.

ὅσοι δὲ τῶν ἀριθμῶν γραφέντες δι' ὅλων τῶν γραμμάτων-ὑπερβάλλουσι τὴν ἀνθρωπίνην γενεάν, οἷον τὰ δύο, τούτους τοὺς ἀριθμοὺς κατὰ τὴν ἀνάβασιν τῶν στοιχείων λαμβάνομεν οὕτως. ἐπὶ τὸ σημαῖνον στοιχεῖον τὸν ἀριθμὸν ἐλθόντες ψηφίζομεν ἑκάστου τῶν προαγόντων στοιχείων τὸν ἀριθμόν: Col. II.

χρὴ οὖν τούτους (ἀπὸ τῶν τεσσεράκοντα) οὐ κατὰ τὴν ἀνάβασιν τῆς ψήφου τῶν στοιχείων, ἀλλὰ κατὰ τὴν θέσιν τῶν στοιχείων ἐκλαμβάνειν: Col. III.

οἷον τὰ τεσσεράκοντα ἐστι μ̄, ἐνδείξεται δὲ καὶ δώδεκα. Itaque horum numerorum vera quoque summa accipienda est: Col. IV.

εἰσὶ δέ τινες καὶ σύνθετοι ἀριθμοί, οὓς χρὴ διαιρεῖν, οἷον ἐπὶ μὲν τῶν πρώτων οὕτω. τὰ δέκα δὶς σημαίνει εἴκοσιν κτλ.: Col. V.

ἐπὶ δὲ τῶν πλειόνων ἐτῶν, οἷον εἴ τις ἀκούσειέ τινος λέγοντος. 'ζήσει ἔτη εἴκοσιν ἕξ' χρὴ διαιρεῖν καὶ τὰ μὲν εἴκοσι εἴκοσι τίθεσθαι, τὰ δὲ ἓξ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον τίθεσθαι ἑξήκοντα πέντε: Col. VI.

Iam non explicati sunt numeri 21. 31. 41. 4b. 51. 56. 61. 66. 71. 76. 79. 81. 86. 87. 88. 89. 91. 95. 96. 97. 98. 99. Cogimur columnas inter se combinare. Col. I combinatur cum Col. III: 46 = 77. 56 = 78. 66 = 79. 76 = 80. 86 = 81: Col. VII. Col. III combinatur cum Col. II: 79 = 54. 87 = 38. 88 = 46. 89 = 55: Col. VIII.

Relinquuntur numeri 21. 31. 41. 51. 61. 71. 81. 91; 95 = 99. Illi inseri non possunt in tabulam, nisi ponimus esse 1 = 1. Hoc combinari potest cum Col. III: 41 = 13. 51 = 14. 61 = 15. 71 = 16. 81 = 17; Col. IV: 41 = 41. 51 = 51. 61 = 61. 71 = 71. 81 = 81. 91 = 91; Col. I: 21 = 91; Col. II: 21 = 70. 31 = 100. Numeri autem 95—99 nullo modo computari possunt, nisi concedimus esse 95 = 95. 96 = 96. 97 = 97. 98 = 98. 99 = 99. Omnia haec collocantur in columna IX.

Vidimus quam difficile fuerit omnes numeros ad veras summas reducere. Sed quantum miramur has summas in-

spicientes! Apparet omnes numeros per somnium pronuntiari posse. Computatione autem Artemidori efficiuntur sexaginta tantum numeri, quadraginta plane desunt. Ita tota Artemidori ratio numeros explicandi concidit, quamvis artificiosa fuerit. Qua ex re concludendum mihi videtur Artemidorum haec ipsum excogitasse neque — id quod in alias facere solet — in suas sententias acriter inquisivisse.

§ 5. Artemidorus ipse somnia quaerentibus interpretatus est [1]; ita peritiam illam consecutus est, qua saepe gloriatur [2]. Sua peritia non contentus undique libros onirocriticos contulit, quamvis difficile esset acquirere [3]. Observabat somnia quae ei innotuerunt magna cum diligentia [4]; ab aliis somnia eorumque eventus quaesivit [5]; permultos quorum somnia enarrat ipse bene noverat [6]. Nam somniorum copia rationes interpretandi continentur; nonnulla somnia quales exitus habitura sint interpretes sciunt, cum causas afferre iam non possint [7]. Itaque manifestum est Artemidorum permagna materia usum esse, praesertim cum se omnia quae videri possint somnia contulisse ipse praedicet [8]. Tamen omnia quae narrat somnia *ἀπὸ πείρας* ei innotuisse vix credibile est. Atque reperiuntur vestigia quibus quomodo res nondum expertas ad libros supplendos adiecerit edocemur.

Οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ὀνειροκρισία ἢ ὁμοίου παράθεσις [9]. Paria pares eventus habent [10], similia similes [11]. Si quis quae rationes [12] adhibendae sint cognoverit, *κατ' ἀναλογίαν* [13]) similia

---

1) p. 226, 12. 2) p. 1, 16; 129, 10; 167, 9; 197 12.

3) p. 2, 10; 243, 21.

4) ἐτήρησα, ἐτηρήσαμεν, πολλάκις ἐτήρησα(μεν), καὶ ἐτήρησα, ἐγὼ δὲ ἐτήρησα, παρεφύλαξα.

5) p. 137, 10; 253, 9. 6) οἶδα δέ τινα. 7) p. 212, 7.

8) Prooem. IV p. 197, 7 συναγαγὼν ἕκαστα τῶν ὁρᾶσθαι δυναμένων. cf. p. 167, 7; 169, 7; 194, 21; 196, 16.

9) p. 120, 7.

10) e. gr. heroes eosdem ac dei p. 146, 16, deorum statuae ac dei p. 193, 15. 11) p. 220, 1.

12) τὰ ὑποδείγματα p. 66, 26; 235, 22. αἱ ὑποθῆκαι 120, 5. τὰ γεγραμμένα 147, 4.

13) p. 187, 6; 220, 1. ὁμοίως 48, 3; 49, 25; 156, 12. κατὰ τὸ ὅμοιον p. 66, 26; 147, 4. ἀπὸ τῶν ὁμοίων 23, 2. ἐπὶ τὸ ὅμοιον καὶ μὴ πολὺ τὴν

interpretari poterit. Itaque quicunque in Artemidori libris aliquid desiderat, a scriptore admonetur, ut quid quodque somnium significet ipse exquirat[1]). Exempla in prooemio libri IV[2]) praebet: *πρὸς δὲ τοὺς μὴ πάντα ἐξειργάσθαι λέγοντας καὶ τούς τινα παραλελεῖφθαι ἐρεῖς ὅτι ἔνιά τισιν ὅμοια ὄντα ὡς εὔγνωστα παραλέλειπται ἢ οὐκ ἐξείργασται, ὡς στρόφιον διαδήματι καὶ λαγὼς ἐλάφῳ καὶ κάμηλος ἐλέφαντι καὶ κρόκος μύροις καὶ ὅσα ἄλλα ἐστὶν εὐώδη, καὶ ὅτι χοῖρος καὶ ὄρνιθες τοῖς ἑαυτῶν σαρξὶ τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον.* Qui hoc modo libros supplere vult, eum necesse est *τὸ οἰκεῖον*[3]) earum rerum quae interpretandae sunt bene scire. Itaque qui de animalibus plura cognoscere studet, opera zoologica, qui de plantis, eiusmodi opera, qui de medicamentis, medicorum libros consulet. Artemidorus filio suadet, ut studiis artis medicae se imbuat[4]). Sed si omnia ita se habent, num dubitabimus, quin Artemidorus ipse opera aliarum praeter onirocriticam doctrinarum adhibuerit? De qua re infra fusius erit agendum.

At non solum inter singulas onirocriticae res haec analogiae lex statuenda est, sed etiam inter diversa divinationis genera[5]). Omnia haec genera iam tertio a. Chr. n. saeculo in unum opus redegisse videtur Philochorus Atheniensis,

---

φύσιν διεστὸς μετάγοντας, 105, 18. παραλαμβάνοντας καὶ τὰ ὅμοια ταῖς ἀποβάσεσιν 120, 6. ἀκολούθως κατὰ τὸ οἰκεῖον 26, 3.

1) p. 23, 3; 235, 22. 2) p. 199, 6.

3) p. 26, 5. 4) p. 215, 12.

5) Praeter Artemidorum (v. i.) magnum horum numerum affert Pollux VII 188: ἀγύρται, μηναγύρται, ἀγυρτική, ἀγυρμός, ἀγείρειν. μάντεις, ἀλφιτομάντεις, ἀστρομάντεις, νυκτομάντεις, στερνομάντεις, σφονδυλομάντεις, ἀλευρομάντεις, κοσκινομάντεις δὲ εἴρηκε Φιλιππίδης, Μάγνης δὲ ἐν Λυδοῖς 'ὀνειρομάντεσιν, ἀναλύταις'. ὀνειροκρισία, ὀνειροπόλοι, ὀνειράτων ὑποκριταί. ἀρνεοσκόποι, οἰωνισταί, ὀρνιθοσκόποι, οἰωνοπόλοι. θύται, φιλοθύται, μάγοι, γόητες, ἐξηγηταί, καθαρταί, τελεσταί. ἀπομάκται, ἀπομάκτριαι, καὶ τὸ ῥῆμα ἀπομάξομεν. τερατοσκοπία, τερατολογία, τερατογονία, τερῶν ὑποκριταί, ἀφ' ὧν καὶ τὸ τερατεύεσθαι. θαυματοποιός, θαυματοποιία, θαυμάτων δημιουργοί. Philochorus ἐν τῇ 'Ατθίδι Poll. X 71. — Recentis aetatis opus quod omnia fere genera divinationis complectitur, scripsit Casp. Peucer, Commentar. de praecipuis divinationum generibus, Francof. recogn. ultim. et auct. 1607. Genera enumerat Fabricius, Bibliogr. Antiq. p. 593—613. Breviter tractavit C. A. Böttiger, Ideen zur Kunst-Mythologie I, p. 60—118.

μάντις καὶ ἱεροσκόπος[1], qui *περὶ μαντικῆς* libros IV composuit. Fragmenta primi collegerunt Lenz et Siebelis[2]; ex horum libro transtulit in suum Mueller[3], quem in numeris sequor. Oracula enarravit Philochorus[4]; de Orpheo egit, qui vaticinia sua in tabellis inscripsit[5], et cuius pater Eumolpus *παραλύσεις καὶ τελετὰς καὶ καθαρμοὺς* composuit[6]; docuit quid sit *ἐγγαστρίμαντις*[7]; verba fecit de divinatione e sortibus[8], *ἐκ πυρῶν*[9]; *ἐκ φήμης, πταρμῶν, φωνῶν, ἀπαντήσεων*[10]; ex avium volatu[11], e somniis[12]. De Orpheo in primo libro egit, de *ἐγγαστριμαντείᾳ* in tertio; cetera de ordine librorum nescimus. Artemidorus Philochorum non commemorat; nam quae *Πυθαγορισταί, φυσιογνωμικοί, ἀστραγαλομάντεις, τυρομάντεις, κοσκινομάντεις, μορφοσκόποι, χειροσκόποι*[13], *λεκανομάντεις, νεκυομάντεις* proferant, ementita esse dicit[14]; veram esse solum divinationem *θυτῶν, οἰωνιστῶν, ἀστεροσκόπων, τερατοσκόπων, ὀνειροκριτῶν, ἡπατοσκόπων*[15]. Nunc conferendum est Art. III 28[16]: *εἰ δέ τι ποικιλώτερον περὶ τοὺς μύας βλέποι τις, ἔξεστι μεταφέρειν τὰς κρίσεις ἀπὸ τῶν παρὰ Μελάμποδος ἐν τῷ περὶ τεράτων καὶ σημείων γεγραμμένῳ, οὐδὲν διαφέρειν ἡγουμένους τὰ μεθ' ἡμέραν γινόμενα τῶν ὄναρ δοκούντων γίνεσθαι. τῆς γὰρ αὐτῆς τετύχηκε προρρήσεως, ὡς πολλάκις ἡμῖν ἔδοξε διὰ πείρας. διὰ μακροῦ δὲ τὸν τόπον τοῦτον ἐξείργασται ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ συντάξεως Ἀπολλώνιος ὁ Ἀτταλεύς.* Hanc coniunctionem, quae inter *ὀνειροκρισίαν* et *τερατοσκοπίαν* est, etiam inter *ὀνειροκρισίαν* et cetera divinationis genera esse apparet. Coniungendas esse astrologiam et artem somnia interpretandi Artemidorus ipse

---

1) Suid. s. v.

2) Philochori Atheniensis librorum fragm. a C. G. Lenzio collecta ed. M. Carol. Siebelis, Lips. 1811, p. 98 sq.

3) Frg. Hist. Gr. I p. 415 sq. frg. 190—203.

4) frg. 194. 195. 5) frg. 190. 191.

6) frg. 200. 7) frg. 192.

8) frg. 196. 9) frg. 197.

10) frg. 198. 11) frg. 199. 12) frg. 201—203.

13) Suidas Artemidorum praeter ὀνειροκριτικά tradit χειροσκοπικά et οἰωνοσκοπικά composuisse. Non puto me errare, si hoc Artemidori ipsius testimonio usus χειροσκοπικά ab Artemidoro scripta nego; nam si scripsisset, nullo modo tam acriter in χειροσκόπους invehi potuit.

14) p. 161, 20. 15) p. 161, 26. 16) p. 179, 12.

testatur [1]). Talis coniunctionis auctoritatem diligenter argumentis stabilivit **Apollonius Attalensis**; nam verbum *τόπος* locus, locus communis est interpretandum et ad antecedentem circuitum (*οὐδὲν διαφέρειν — προρρήσεως*) referendum. Apollonius ab Artemidoro alio quoque loco laudatur [2]): *μαρτυρήσειε δ' ἂν καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ἀτταλεὺς ἐν δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ συντάξεως.* Cur Artemidorus utroque loco tam distincte alterum operis librum affert? Primum ei non innotuisse non est cur putemus. Mihi hoc ita videtur interpretandum, ut primum librum non de somniis, sed de alio divinationis genere fuisse statuamus. Tum id quoque, quod de coniunctione supra tractata disseruit, optime locum tenet. Scriptor ea, quae primo libro in alio genere divinationis tractando iam attulerat, iterum afferre noluit. Quid autem in primo libro infuerit, certius definiri nequit [3]).

Hoc loco de Melampode et Phemonoe [4]) est agendum.

---

1) p. 136, 20. 2) p. 34, 15.

3) Hercher in Philologi vol. VIII edidit e cod. Vindob. Michaelis Pselli περὶ ὠμοπλατοσκοπίας καὶ οἰωνοσκοπίας, ubi legimus p. 167: Ἀπολλώνιος ὁ Λακεδαιμόνιος ἐπὶ πάσης πράξεως πάντα τὰ τῶν πτηνῶν περιειργάσατο προλαβὼν καὶ φωνὴν καὶ πνεῦμα καὶ ἀριθμὸν καὶ κλῆρον καὶ μέτρον καὶ μερισμὸν καὶ περίοδον τελείαν καὶ ἡμιτελῆ καὶ ἦχον τροχαλὸν μογερὸν εὔηχον δύσηχον δυσήκοον σύμφωνον ἀντίφωνον, ἐξ ὧν τὰ διάφορα τῶν ἀποτελεσμάτων εἴδη εὑρίσκεται. μαντεύσεται δέ σοι τὸ μέλλον καὶ γλαῦξ καὶ δρυοκολάπτης καὶ βασιλίσκος καὶ ἐρώδιος. καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῶν πτηνῶν. Neque de Attalensi neque de Lacedaemonio certiora scimus. Fortasse et Attalensis et Lacedaemonius unus idemque homo est, si probamus Lacedaemonium unum ex eis fuisse qui Attaliam (Pamphyliae, cf. Oder apud Susemihl, Gesch. d. Litt. d. Alex. p. 872) urbem tum ab Attalo II conditam primi sedem sibi delegerunt. Tum recte et Attalensis et Lacedaemonius nominari potuit.

4) Locos attulit Knaack, Analecta Alexandrino-Romana p. 1—3; Susemihl p. 298 sq. Quibus addam Synes. de insomniis ed. Petav. p. 154: οὐδὲν γὰρ οὕτως ὥσπερ πνεῦμα εὐτράπελον. πῶς ἂν οὖν ἐν τοῖς ἀνομοίοις καὶ φύσει καὶ νόμῳ καὶ πάθει ταὐτὰ ἂν ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐμφανίζοιτο; οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐδ' ἂν γένοιτο. πῶς δ' ἂν γένοιτο τὸ τεθολωμένον ὕδωρ καὶ τὸ διαφανὲς καὶ τὸ μένον καὶ τὸ κινούμενον ὑπὸ τῆς αὐτῆς μορφῆς ὁμοίως διατεθῆναι. εἰ δὲ καὶ ὁ θολὸς ἄλλως ἐν ἄλλῳ κατὰ διαφορὰς χρωμάτων καὶ αἱ κινήσεις ἐν χρηματισμοῖς πλείοσιν· οὕτως ἂν ἓν μὲν εἴη τῷ γένει τὸ ἁμαρτεῖν τῆς ἀκριβοῦς εἰκόνος· εἰ δ' ἔστι διάφορον, εἴτ' οὖν Φημονόη τι εἴτε τῳ Μελάμπους εἴτε ἕτερός τις ἀξιώσει καθόλου τι περὶ τῶν τοιούτων

Melampodi subditus est liber *περὶ τεράτων καὶ σημείων.* Horum verborum significationes Laurentius Lydus [1]) ita definit: *οἱ τῶν Ἑβραίων λόγιοι τὸν περὶ προγνώσεως λόγον διχῇ τέμνουσιν εἰς σημεῖα καὶ τέρατα· καὶ σημεῖα μὲν εἶναι βούλονται τὰ ἐν μετεώροις συνιστάμενα, τέρατα δὲ τὰ ἐπὶ γῆς ὡς παρὰ φύσιν φαινόμενα.* Etiamnunc exstant Melampodis libelli *περὶ παλμῶν* et *περὶ ἐλαιῶν* [2]), qui num eidem atque ille liber scriptori attribuendi sint dubitari potest. Tamen et libro *περὶ παλμῶν* et *περὶ ἐλαιῶν* aliqua similitudo est cum eis Artemidori capitibus, quibus de singulis corporis humani membris verba facit. Unus locus Artemidori cum Melampode plane consentit, Art. p. 40, 7: *σημαίνειν γάρ ἔφη τὴν μὲν δεξιὰν χεῖρα τὰ ποριζόμενα, τὴν δὲ εὐώνυμον τὰ πεπορισμένα. ἡ μὲν γὰρ πρὸς τὸ λαβεῖν ἕτοιμος, ἡ δὲ ἕτοιμος πρὸς τὸ φυλάξαι* ≓ Melamp. de palp. Franz, p. 479: *χεὶρ δεξιὰ ἀλλομένη ὠφέλειαν σημαίνει. ἡ δὲ εὐώνυμος πίστεως φυλακὴν δηλοῖ.* Num Melampus de somniis quoque egerit, e Synesii verbis certe cognosci non potest; saltem talis liber Artemidoro non innotuit.

Quae narrantur de Phemonoe, partim ex historia fabulari desumpta sunt. Librum eius primus Plinius affert, qui videtur ex Philemonis opere hausisse [3]). Phemonoe tractavit divinationem ex avium volatu, e palpitationibus, e somniis. Itaque ut Philochorus, Apollonius, Melampus de diversis divinandi generibus egit. Omnia ratione quadam philosophorum erant tractata [4]).

ἀφορίζειν καὶ διατάττεσθαι, πυθώμεθα αὐτῶν, εἰ φύσιν ἔχει καὶ τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ διάστροφον κάτοπτρον τότε ἐξ ἀνομοίων ὑλῶν, ὅμοιον ἀποδιδόναι τοῦ δεικνυμένου τὸ εἴδωλον. ἀλλ' ἐκεῖνοί γε οὐδὲ τὴν ἀρχὴν οἶμαι πεφιλοσοφήκασί τι περὶ τοῦ πνεύματος. τὸ δ' οἰκεῖον αὐτῷ ὅπως ποτὲ ἔχον, ἁπάντων ἠξίωσαν εἶναι κανόνα καὶ γνώμονα. Addit Nicephorus scholiasta p. 419: ὁ Μελάμπους Αἰγύπτιος ἦν ἱερογραμματεὺς καὶ ἱεροφάντης καὶ μάντις ἄριστος. οὗτος ἐξέδωκεν, ὥς φασι, καὶ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ ἱερὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς μιμήσασθαι καὶ ἐπιτηδεῦσαι καὶ αὐτοὺς ἐξ ἐκείνου ταῦτα. ἡ δὲ Φημονόη ἱεροφῆτις ἦν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἑξαμέτροις χρωμένη χρησμοῖς.

1) Lib. de ostent. ed. C. Wachsmuth² p. 1.

2) Physiognomici scriptores veteres ed. Franz, p. 449 sq.

3) Sic coniecit H. Braun, de auctorum indicibus Plinianis, Bonn. 1856, p. 16.

4) cf. Oder apud Susemihlium, p. 300.

Phemonoe Melampodis loco supra [1]) allato nominatur una cum Antiphonte et Aegyptiis; apud Synesium una cum Melampode; apud Nicephorum Melampus Aegyptius vocatur. Vidimus igitur Phemonoen Melampoda Aegyptios quodammodo cohaerere. Iam hoc nobis persuadebit, ut libros eorum posteriori tempori quam Susemihl [2]) attribuamus. Eorum, qui de arcana Aegyptiorum disciplina egerunt [3]), primus affertur Chaeremo, qui 1. a. Chr. n. saeculo floruit [4]). Itaque Phemonoen et Melampoda exeunte demum aetate Alexandrina libros scripsisse censeam.

Si quis quaerat, qualis Phemonoes liber fuerit, exempli gratia afferam Procli libellum qui est de sacrificiis et magia [5]). Ratione philosophorum agitur de sympathia et antipathia, quae non minus in magorum disciplinas inserendae sunt quam divinationis genera. Etiamnunc autem exstat disputatiuncula qua tria divinandi genera tractantur Michaelis Pselli *περὶ ὠμοπλατοσκοπίας καὶ οἰωνοσκοπίας* [6]); primum agitur de omoplatoscopia, deinde de avium volatu, tum de ratione tempestatem futuram praesagiendi.

Hic agendum videtur de Artemidori loco quodam, qui ad librum non onirocriticum spectat, sed quem excludendum censeo. Sine dubio Art. IV 22 omnium totius operis capitum corruptissimum est. Non solum initium capitis sanari non potuit, sed etiam interpolationes Hercher inesse certo iudicio cognovit. Atque ille locus qui post *ἦλθεν* [7]) insertus est, ab interpolatore satis perito profectus esse videtur. Cur Hercher eum exclusit? Quod ad eum quo positus erat locum minime quadrat. Sed alius quoque inest locus, de quo idem erit iudicandum, p. 214, 16 — 215, 1: *πολλοὶ δὲ καὶ ἐκ τῶν Ἀριστο-*

---

1) supra p. 3 adn. 6.

2) qui eos ineunte aetate Alexandrina floruisse censet, sine dubio, quod iam in Antisthenis Rhodii Διαδοχαῖς elocutio 'γνῶθι σεαυτόν' ad Phemonoen referebatur.

3) Georgii, Die neueste Auffassung der alexandr. Religionsphilos., Illgens Zeitschr. f. histor. Theol. 1839 p. 59.

4) Strabo XVI 1, 29.

5) Ficini versio ex Aldina iterata a V. Cousin, Procli Diadochi opera III, p. 278.

6) cf. s. p. 16 adn. 3.

7) p. 214, 13.

τέλους περὶ ζῴων καὶ Ἀρχελάου καὶ Ξενοκράτους τοῦ Ἀφροδισιέως παρακηκοότες ὑφ' οὗ ἕκαστον ζῷον θεραπεύεται καὶ τί ἕκαστον φοβεῖται καὶ ᾧ μάλιστα χαίρει, εἰς συνταγὰς καὶ θεραπείας ἀναπεπλάκασιν. καί τις κάσῖς συνταγὰς καὶ θεραπείας ἀναπλάσσει, ὃς μάλιστα κατακόρως ἐν τρίτῳ τῆς ἑαυτοῦ συνταγῆς κέχρηται οὕτως. οὗ ἐγὼ καίπερ εὖ εἰδὼς τὸ ὄνομα οὐκ ἐπιμνησθήσομαι. Capite 22 *συνταγαὶ καὶ θεραπεῖαι* a deis iudicatae pertràctantur, quae simplices et faciles intellectu esse debent; vituperantur ei, qui praescripta ambagibus plena ab eis proficisci contendunt aeque atque ei, qui res mythologicas nimis difficiles in libros onirocriticos inserunt [1]. Quid in hoc contextu ille locus sibi velit, prorsus non intellegitur, praesertim cum non de somniorum collatione sermo fiat, sed in opere allato *συνταγαὶ ἀπο ζῴων* neutiquam per somnia datae collectae sint. Artemidorus' ipse post hunc locum ad priora regreditur, ad illa *χριστά, ἐπίπλαστα, βροτά, ποτά* initio capitis tractata. Itaque iam Hercher suspicatus est totum locum in marginem revocandum esse et mea quidem sententia removendus est. Locus autem ipse mihi qui diligentius inquiratur dignissimus videtur.

Quid sit *κάσῖς* omnes qui ad verba Artemidori emendanda adierunt plane nesciverunt. Hercher [2]) vocem ad interpretem refert, in qua ut Casium iatrosophistam agnoscere sibi videretur, libri Aristotelici *περὶ ζῴων* vicinitas effecit. Sed ut omittam tale glossema in glossemate minus esse verisimile, Casii nomen huc minime quadrat. Is enim unum tantum libellum [3]) scripsit, in quo nusquam de talibus *συνταγαῖς ἀπὸ ζῴων* sermo fit. Aristotelis autem libris *περὶ ζῴων* tot scriptores usi sunt, ut nullo modo intellegi possit qua re commotus eum praecipue interpres intulerit. Itaque Hercheri sententia ne minimam quidem veritatis speciem prae se fert. Accedit quod, si verbum removemus, in contextu aliquid desideratur; nam cum antecedente circuitu de *συνταγαῖς* in universum sermo factus sit, exspectamus verbum sive verba, quibus ad solam illam *συνταγῶν* collectionem tractandam transitus fiat.

Hac deliberatione ductus iam Rigaltius [4]) *καὶ νῦν* scripsit,

---

1) cf. supra Cap. I, § 3. 2) in appendice.
3) L. Ideler, Physici et medici Graeci, in vol. I.
4) ed. Artemidorum 1603.

quem ceteri praeter Hercherum secuti sunt. Sed haec verba per se magis supervacanea sunt, quam ut coniectura inferantur, atque a tradita scriptura satis abhorrent. Itaque alia via ingredienda erit.

Opus de quo agitur quomodo institutum fuerit, quamquam breviter tamen clare et aperte dictum est. Erat complurium librorum, quorum tertio illae *συνταγαὶ ἀπὸ ζῴων* tractabantur; unde sequitur ceteris in libris alia infuisse i. e. argumentum totius operis varium fuisse. Totum locum iam antiqua aetate in contextum irrepsisse verisimile est, quod utroque in codice eadem verba leguntur. Itaque vituperatus esse videtur scriptor satis antiquus, qui post Artemidorum floruit.

Scriptores Graecos percensentes unum invenimus, in quem verba optime quadrant: Sextum Iulium Africanum. Scripsit *κεστούς* [1]), qui ab Eusebio in primo Chronicorum libro [2]) *πραγματεία ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ χυμικῶν* nominantur. Pars eorum conservata est in libro quodam a Thevenotio [3]) edito, Byzantinis demum temporibus compilato [4]); multa exstant in Geoponicis [5]); electa leguntur in Michaelis Pselli libello *περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων* [6]). Ubi legimus p. 145, 21: *τερατεύεται δέ τινας ὠφελείας ἀπὸ χελώνης, ἀπὸ ἀρκτείου αἰδοίου, ἐξ ἄλλων ζῴων τε καὶ θηρῶν.* Vidimus igitur partis Cestorum argumentum cum argumento tertii libri Anonymi plane congruere. Sin autem quaerimus, num verisimile sit has *συνταγὰς ἀπὸ ζῴων* in tertio Cestorum libro infuisse, considerandum est id quod de dispositione operis scimus. Constat illa *γεωργικὰ παράδοξα*, quae in Byzantina compilatione insunt, sexto et septimo libro esse enarrata [7]). Itaque a veritate non alienum videtur Eusebium argumentum operis ordine quo institutum erat descripsisse, ita ut *ἰατρικά* et *φυ-*

1) Qui de hoc opere egerunt omnes enumeravit Gelzer, Africanus I p. 3, 4.

2) ad ann. Abr. 2237.

3) Veteres Mathemat. Graeci, Par. 1693, p. 275 sq.

4) Gelzer, p. 13. 5) ibid.

6) W. Westermann, Paradoxographi Gr. p. 143 sq.; cf. Lambecius, Comment. de Aug. Bibl. Vindob. VII, p. 222 sq.

7) J. Brivin in notis ad Cestos, Thévenot p. 357; Gelzer, p. 13.

σικά in primis V libris locum tenuerint. Illas συνταγάς inter ἰατρικά et φυσικά esse inserendas apparet: itaque non dubium est, quin in tertio libro inesse potuerint.

Quibus de causis pro κάσῖς scribendum esse κεστὰς censeo ratus interpolatorem verbis ludentem ad κεστοὺς spectasse. Vox κεστός eodem modo ac ποικίλος 'varius' intellegi postest[1]).

Postquam exquisivimus quem ad auctorem locus tractatus spectet, fortasse quaeri potest, a quo interpolatio orta sit. Paulo post a. 190 p. Chr. Artemidorus librum IV confecit[2]); Africanus opus suum Alexandro Severo imperatori dedicavit[3]). Interpolator Africani aequalis erat; tunc autem temporis librum IV in manibus Artemidori filii fuisse valde verisimile est. Prooem. l. IV[4]): μεμνημένος (filius esto) ὅτι σοι προσπεφώνηται τὸ βιβλίον, ὅπως ἂν αὐτὸς ἔχῃς χρῆσθαι καὶ μὴ πολλοῖς κοινωνῇς ἀντιγραφῶν. τὰ γὰρ ἐνταῦθα γραφησόμενα μένοντα μὲν παρὰ σοὶ πάντων ὑπέρτερον ἢ οὐδενός γε λειπόμενον ὀνειροκριτικόν σε ποιήσει, κοινωθέντα δὲ οὐδέν τι μᾶλλον ἑτέρων σε ἐπιστάμενον ἐπιδείξει. Artemidorus soli Artemidoro filio librum tradidit. Cum autem duobus in codicibus verba eadem sint, locum iam in archetypo exstitisse, i. e. a filio Artemidoro adiectum esse coniciam.

III. De collectionibus somniorum ab Aesculapio et Serapide missorum.

§ 6. Cum in Artemidori opere somniorum ab Aesculapio et Serapide missorum compluribus locis mentio fiat, priusquam ad singula accedamus, omnia quae de hac re traduntur accuratius inspicienda sunt. Atque primum agendum est de inscriptionibus Epidauricis, quae annis 1883 et 1885 publici iuris factae sunt[5]). Continent praecipue curationes ab Asclepiadis ipsis adhibitas[6]) quarum tres in aegrotis vigi-

1) Gelzer p. 12.
2) Krauss in praefat. p. VI (ubi legendum IV B. pro II B.).
3) Euseb. l. all.
4) p. 198, 19.
5) in Ephemeride archaeologica.
6) Zacher, Herm. XXI, p. 472.

lantibus factae sunt[1]). Inter somnia autem tria sunt, quae prorsus aliam speciem prae se ferunt: 1) duo generis allegorici[2]), Eph. 1883 p. 215, 104. 111; 2) unum generis theorematici, Eph. 1885, p. 15, 19. Haec somnia a ceteris valde abhorrent et posteriore demum aetate crebrius inveniuntur[3]). Cum autem Zacher[4]) probabiliter exposuerit tabulas alteram recensionem inscriptionum V. fere saeculi eamque commutatam[5]) exhibere, mihi quidem verisimile esse videtur haec somnia in altera demum recensione adiecta esse, id quod per se probabile est. Nam Aesculapius antiquioribus temporibus semper medicinae deus putatus est, non divinationis; ipse vivus hominibus medebatur idemque Podalirius et Machao ceterique Asclepiadae faciebant[6]). Ea autem veterum testimonia, quae Rohde[7]) contra affert, ad sententiam eius comprobandam non plus valent quam Aristidis permulti ei loci, quibus deus res futuras ad morbum oratoris non spectantes praenuntiat.

Quaerimus nunc, unde haec dissimilia in somnia ab Aesculapio data influxerint. Erant alia oracula, ubi aegroti quamquam consilia ad morbos sanandos accipiebant, tamen non in incubandi ipso tempore sanabantur, ut Amphiarai Dionysi Plutonis[8]). Ibi iam mos erat, ut alius pro alio incubare posset, cuius rei in Epidauricis inscriptionibus unum exemplum inest[9]). Quod cum fieri non potuerit, si somniantes ab Asclepiadis ipsis sanabantur, haec quoque narratio alteri demum recensioni ascribenda erit. Videmus igitur ea somnia, quae ab oraculorum deis mittebantur, inter V. et III. a. Chr. n. saecula in somnia ab Aesculapio data irrepsisse eaque postea

1) Diels, Antike Heilwunder, Nord und Süd, Bd. 43, p. 28—43; p. 38, No. 16 et 20, p. 42, No. 5.

2) Artem. I, 2. 3) Zacher l. a. 4) p. 467 sq.

5) ad quod maxime conferas quae Zacher de Hippye protulit contra Wilamowitzium, qui Herm. XIX, 452 sq. de inscript. Epid. disseruit.

6) De Asclepiadis cf. in universum Ritter von Rittershain, Der medizinische Wunderglaube und die Incubation im Alterthum, 1879, p. 49 sq. Neque sacerdotum Aesculapii erat futura pronuntiare, p. 54.

7) Psyche, I, p. 141².

8) Welcker, Kl. Schriften III, p. 93, 94.

9) Eph. 1885, p. 15, 1 sq.

prorsus loco movisse. Nam in huius temporis titulis sanationis incubantium nullum vestigium invenimus [1, 2]).

Nunc est inquirendum, quo in genere somniorum antiqua *ἰάματα* Aesculapii numeranda sint. In iis somniis quae ad futura spectant, ut *ὄνειρος, ὅραμα, χρηματισμός*, certe non haberi possunt; nam id quod incubans vidit, semper eodem tempore efficitur. Nam id quod Artemidorus exponit I 2 [3]): *οὐ γάρ ποτε ἐρεῖ τις ὡς οὐ μετὰ τὴν ὄψιν αὐτὴν ἀποβαίνει τὰ τοιαῦτα οὐδ' ὀλίγον διαλείποντα, ἤδη δὲ αὐτῶν ἔνια ἅμα νοήματι ὡς εἰπεῖν ἔτι τῆς ὄψεως κατεχούσης περαιοῦται*, manifestum est mathematicorum in morem excogitatum esse, qui differentiam magis magisque minutam ad nihilum recidere docent. Hoc raro fieri Artemidorus ipse cum *ἔνια* addit testatur et id cogitandum est neque Artemidorum capitis initio neque Macrobium [4]) visionis exempla enumerantes tale somnium exhibere. Itaque haec *ἰάματα* in illud genus, cui *ἐνύπνιον* et *φάντασμα* attribuuntur, inserenda erunt.

Sed insomnia [5]) non esse statim apparet, si consideramus *ἐνύπνια* ex corporis sive animae ipsius condicione rebus externis plane absentibus oriri et 'post somnium nullam sui utilitatem vel significationem relinquere'. Itaque solum restat *φάντασμα* [6]) cuius naturam Macrobius ita describit [7]): *φάντασμα vero, hoc est visum, cum inter vigiliam et adultam quietem in quadam, ut aiunt, prima somni nebula adhuc se vigilare existimans, qui dormire vix coepit, aspicere videtur irruentes in se vel passim vagantes formas a natura seu magnitudine seu specie discrepantes, variasque tempestates rerum vel laetas vel turbulentas. In hoc genere est ἐπιάλτης* [8]) e. q. s. Iam in hac definitione vides duas partes inesse inter se diversas: primum enim dicit Macrobius visa inter vigiliam et somnium oriri, tum extra

1) Zacher l. a.

2) Inscriptionibus Epidauri inventis concidit ratio Rittershainii p. 57, qui miracula illa circa Chr. n. crebriora quam antea fuisse censuit, ut cum Christi miraculis compararentur.

3) p. 5, 12. 4) Somn. Scip. I 3, 9. 5) Somn. Sc. I 3, 4.

6) Krauss: „eitles Phantasiestück"; Oder (Sus. p. 871): „Phantasien in halbwachem Zustande". Falso: haec sunt φαντασίαι; Art. p. 261, 21. ἄλογοι φαντασίαι p. 200, 4.

7) Somn. Scip. I 3, 7. 8) de hoc postea disseretur.

naturam aliquo modo egredi. At dormientibus quoque somnia a natura abhorrentia venire possunt. In quod genus somniorum haec sunt inserenda? Manifestum est alteram partem definitionis a Macrobio certius quam decuit pronuntiatam esse, et hanc puto priorem. Quod saepe fit, Macrobius semper fieri censet. Exstant autem loci quibus incubantium somnia cum semisomniorum visis comparantur. Plut. de Gen. Socr. 22: *ἔφη δὲ καταβὰς εἰς τὸ μαντεῖον περιτυχεῖν σκότῳ πολλῷ τὸ πρῶτον, εἶτ' ἐπευξάμενος κεῖσθαι πολὺν χρόνον, οὐ μάλα συμφρονῶν ἐναργῶς· εἴτ' ἐγρήγορεν εἴτ' ὠνειροπόλει.* Cuius loci indicio fretus Sprengelium [1]) recte puto Iamblichi locum [2]) ad incubationem rettulisse: *οὐ μὴν οἵ τε θεόπεμπτοι καλούμενοι ὄνειροι τοῦτον γίνονται τὸν τρόπον, ὅνπερ σὺ λέγεις. ἀλλ' εἴ τοι τοῦ ὕπνου ἀπολείποντος, ἀρχομένων ἄρτι ἐγρηγορέναι, ἀκούειν πάρεστί τινος φωνῆς συντόμου, τῆς τῶν πρακτέων ὑφηγουμένης, ἢ μεταξὺ τοῦ ἐγρηγορέναι καὶ καθεύθειν ὄντων, ἢ καὶ παντελῶς ἐγρηγορότων αἵ φωναὶ ἀκούονται.* Sequentibus verbis singula eodem fere modo atque apud Plutarchum enarrantur. Itaque cum videamus summam esse convenientiam inter incubantium et semisomniorum somnia, tota Macrobii explicatio ad somnia ab Aesculapio missa, quod quidem ad antiquiora tempora attineat, optime quadrat. Ad omnia haec accedit, quod Artemo somniorum inprimis Serapicorum coniector de visis egit, teste Artemidoro [3]).

§ 7. De somniorum inprimis Serapicorum coniectoribus Artemidorus II 44 [4]) verba facit: *Ὀνείρους δὲ ἀποβεβηκότας καὶ τὰς ἀποβάσεις αὐτῶν οὐκ ἐνεδέχετο γράφειν ἐν τέχνῃ ὀνειροκριτικῇ καὶ ὑποθήκαις θεωρημάτων. οὐδέ μοι πιθανὰ ἐδόκει ταῦτα, καίτοι Γεμινοῦ τοῦ Τυρίου καὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως καὶ Ἀρτέμωνος τοῦ Μιλησίου τοῦ μὲν ἐν τρισὶ βιβλίοις, τοῦ δὲ ἐν πέντε, τοῦ δὲ ἐν εἰκοσιδύο πολλοὺς ὀνείρους ἀναγραψαμένων καὶ μάλιστα συνταγὰς καὶ θεραπείας τὰς ὑπὸ Σαράπιδος δοθείσας.*

1) Gesch. d. Arzneikunde I, p. 223.
2) De myster. Aegypt. ed. Gale III 2.
3) de Artemone cf. infra.
4) p. 148, 20.

Elucet hos scriptores libris suis singula somnia enarrasse, quorum de nonnullis infra sermo fiet. Inde iam intellegitur, quomodo fieri potuerit, ut Artemo tot libros conficeret, neque est cur Odero [1]) assentiamur suspicanti Artemonem et Gemini et Demetrii libros in suo opere coniunxisse. Hunc Artemidori locum cum IV 22 coniungere, quod fecit Oder [2]), vetamur primum quod hoc loco Artemidorus vehementissime in scriptores allatos invehitur, illo loco somniorum Serapicorum scriptores prorsus aliis de causis praetermittendos censet, tum quod somnia adhuc exstantia prorsus aliam speciem prae se ferunt. De rationibus interpretandi hi scriptores nihil exhibuerunt; nam nisi ita se res haberet, Artemidorus eos praetermittere non debuit. Neque Fulgentii Myth. II 13 [3]) hoc credere cogimur; nam hoc loco non exponitur, quomodo somnia sint interpretanda, sed quomodo vera somnia excitentur.

De singulis scriptoribus liceat mihi paucis disserere. Cum Fulgentii loco allato primus Antipho coniector antiquissimus, secundus Philochorus satis antiquus, sed recentior, ultimo loco Serapio commemoretur, qui et propter nomen et propter patriam seriori demum aetati attribuendus esse videtur [4]), apparet temporum ordine scriptores enumeratos esse. Itaque Artemonem non ante tertium a. Chr. saeculum floruisse satis verisimile est. Eum de visis egisse testatur Artem. I, 2 [5]). Exstat aliud quoque de Artemone testimonium apud Porphyrium in scholiis ad Il. *Π* 854: *πόθεν ὁ Πάτροκλος οἶδεν ὅτι Ἀχιλλεὺς κτενεῖ τὸν Ἕκτορα ...; ὅτι κατὰ Ἀρτεμόνα τὸν Μιλήσιον ἐν τῷ περὶ ὀνείρων, ὅταν ἀθροισθῇ ἡ ψυχὴ ἐξ ὅλου τοῦ σώματος πρὸς τὸ ἐκκριθῆναι, μαντικωτάτη γίγνεται* [6]). Ne ex hoc quidem testimonio ullo modo concludere licet Artemonem exposuisse, quomodo somnia essent interpretanda.

1) Susemihl, Litt. d. Alex., p. 875.

2) ibid. p. 874, 186.

3) 'At vero amica Apollinis ob hanc rem vocatur (sc. laurus), quia illi qui de interpretatione somniorum scripserunt, Antiphon et Philochorus et Artemon et Serapion Ascalonites, promittant in libris suis, laurum si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros'. De Antiphonte cf. s. Cap. I § 2.

4) v. infra.

5) p. 5, 18.

6) Oder, Sus. I, p. 875, 189; cf. Rohde, Psyche, I p. 54².

naturam aliquo modo egredi. At dormientibus quoque somnia a natura abhorrentia venire possunt. In quod genus somniorum haec sunt inserenda? Manifestum est alteram partem definitionis a Macrobio certius quam decuit pronuntiatam esse, et hanc puto priorem. Quod saepe fit, Macrobius semper fieri censet. Exstant autem loci quibus incubantium somnia cum semisomniorum visis comparantur. Plut. de Gen. Socr. 22: ἔφη δὲ καταβὰς εἰς τὸ μαντεῖον περιτυχεῖν σκότῳ πολλῷ τὸ πρῶτον, εἶτ' ἐπευξάμενος κεῖσθαι πολὺν χρόνον, οὐ μάλα συμφρονῶν ἐναργῶς εἴτ' ἐγρήγορεν εἴτ' ὠνειροπόλει. Cuius loci indicio fretus Sprengelium[1]) recte puto Iamblichi locum[2]) ad incubationem rettulisse: οὐ μὴν οἵ τε θεόπεμπτοι καλούμενοι ὄνειροι τοῦτον γίνονται τὸν τρόπον, ὅνπερ σὺ λέγεις. ἀλλ' εἴ τοι τοῦ ὕπνου ἀπολείποντος, ἀρχομένων ἄρτι ἐγρηγορέναι, ἀκούειν πάρεστί τινος φωνῆς συντόμου, τῆς τῶν πρακτέων ὑφηγουμένης, ἢ μεταξὺ τοῦ ἐγρηγορέναι καὶ καθεύθειν ὄντων, ἢ καὶ παντελῶς ἐγρηγορότων αἵ φωναὶ ἀκούονται. Sequentibus verbis singula eodem fere modo atque apud Plutarchum enarrantur. Itaque cum videamus summam esse convenientiam inter incubantium et semisomniorum somnia, tota Macrobii explicatio ad somnia ab Aesculapio missa, quod quidem ad antiquiora tempora attineat, optime quadrat. Ad omnia haec accedit, quod Artemo somniorum inprimis Serapicorum coniector de visis egit, teste Artemidoro[3]).

§ 7. De somniorum inprimis Serapicorum coniectoribus Artemidorus II 44[4]) verba facit: 'Ονείρους δὲ ἀποβεβηκότας καὶ τὰς ἀποβάσεις αὐτῶν οὐκ ἐνεδέχετο γράφειν ἐν τέχνῃ ὀνειροκριτικῇ καὶ ὑποθήκαις θεωρημάτων. οὐδέ μοι πιθανὰ ἐδόκει ταῦτα, καίτοι Γεμινοῦ τοῦ Τυρίου καὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως καὶ 'Αρτέμωνος τοῦ Μιλησίου τοῦ μὲν ἐν τρισὶ βιβλίοις, τοῦ δὲ ἐν πέντε, τοῦ δὲ ἐν εἰκοσιδύο πολλοὺς ὀνείρους ἀναγραψαμένων καὶ μάλιστα συνταγὰς καὶ θεραπείας τὰς ὑπὸ Σαράπιδος δοθείσας.

1) Gesch. d. Arzneikunde I, p. 223.
2) De myster. Aegypt. ed. Gale III 2.
3) de Artemone cf. infra.
4) p. 148, 20.

ι
ς,
is
οι-
αξυ
ειτα
ἤδη.
ἰς τὸ
Apol-
ristidi
r. IV[4]).
ım arti-
ım signi-
m is qui
nnio inter-
uisse Aristi-
lam speciem
saepius quam

is Caesarum
is Zacher[6]) tam

quae interfuerit ratio
ntur Art. I 2 (p. 5, 19).
se Artemidoro aut hunc
ud fuisse putamus, etiam
uti potuit, neque opus est
er Alexandrum et per Arte-
cuius simillimam sententiam
Accedit quod Phoebus duobus
negemus Phoebi locos ab Arte-
esse. Addam Oderum per totam
nem hoc miro genere concludendi
maximum librorum numerum bene
ur dubitandum sit plane nescio.

4) p. 511 sq.

ter τοὺς ἀξιοπίστους λεγομένους putandi

Optime singula exempla afferre potuit, quale unum luculenter enarratum invenimus, quamquam serioris aetatis, in Phlegontis Hist. mirab. c. III. Sed fortasse censendum est Porphyrium ex alio Artemonis opere hausisse, quod dubito an non ad tot librorum opus respiciens scholiasta 'ἐν τῷ περὶ ὀνείρων' dicere potuerit.

De Demetrio Phalereo Laertius Diogenes 76 haec narrat: λέγεται δὲ ἀποβαλόντα αὐτὸν τὰς ὄψεις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κομίσασθαι αὖθις παρὰ τοῦ Σαράπιδος, ὅθεν καὶ τοὺς παιᾶνας τοὺς μέχρι νῦν ᾀδομένους. Quamquam fabulam ipsam cum Susemihlio [1]) reicio, tamen in narratione aliquid veri inesse posse puto: fortasse Demetrius carmina ad Serapidem celebrandum composuit, quibus quae perhibebantur posteriori cuidam homini fundamentum praebuerunt ad libros illos quinque conscribendos.

Serapionis nomen certo consilio inscriptum esse libro videtur, ut iam Oder adnotavit [2]). Simili modo nomina clara libris commenticiis inscripta sunt, ut Epimenidis [3]) libro cuidam de oraculis, Melampodis [4]) libris περὶ τεράτων καὶ σημείων, περὶ παλμῶν, περὶ ἐλαιῶν, Astrampsychi oraculorum collectioni [5]) et libro onirocritico [6]). Sed magis etiam huc revocandi sunt scriptores erotici, qui persaepe nomina e librorum argumentis sibi finxerunt; Heliodorus qui Αἰθιοπικά scripsit, ex Rohdei [7]), ut mihi videtur, rectissima coniectura, nomen de Sole sumpsit, eodem modo ut Χαρίτων ὁ Ἀφροδισιεύς et ad Gratias et ad Venerem spectare videtur [8]). Talia omnia ad tempora satis recentia referenda sunt.

De Gemino nihil notum est.

His scriptoribus adserendum esse puto Phoebum Antiochenum, quippe qui eodem modo atque Artemo singula somnia enarraverit [9]) et de viso verba fecerit [10]), qua re pro-

---

1) Susem. p. 875, 187. 2) p. 876, 193.
3) G. Wolff, Porphyr. de philos. ex oraculis haurienda, p. 52.
4) cf. s. Cap. II § 5; cf. Krumbacher, Byz. Litt. ², p. 630, 8, 1.
5) ibid. p. 628. 6) ibid. p. 629.
7) Gr. Roman, p. 444. 8) ibid. p. 489.
9) Artem. IV 48 (p. 230, 23), IV, 66 (p. 242, 21).
10) Art. I, 2 (p. 5, 18).

batur eum de incubationibus aliquid exhibuisse. Qua aetate floruerit, non constat; nam quod Oder contendit Phoebi locum II 9[1]) Artemidoro per Alexandrum Myndium innotuisse, mera coniectura est[2]). Exstat autem in prima Aristidis oratione sacra locus, qui dubito an ad hunc Phoebum respiciat[3]): *περὶ δὲ βαλανείου τοιάδε ἔδοξα. πρῶτον μὲν ὡς μεταξὺ ἀνατριβόμενος εἰσελθεῖν εἴς τι βαλανεῖον τῶν ἰδιωτικῶν· ἔπειτα φάναι ὡς ἔλαθον ἐμαυτὸν εἰσελθών, ἀλούτων ἡμερῶν ἤδη. ἔπειτα ἐδόκει μοι παραθαρρύνειν Φοῖβος παρών, ὥστε καὶ εἰς τὸ ὕδωρ εἰσέβαινον ἀνυπόπτως ἤδη.* Quis est hic Phoebus? Apollinem esse non est cur putemus; nam hoc cum deo Aristidi res non est, nisi ei carmen aliquod componit, ut sacr. or. IV[4]). Accedit quod deorum nomina ab Aristide plerumque cum articulo coniunguntur. Contra hoc manifestum est quendam significari, qui somnia interpretandi peritus erat[5]); nam is qui eum se lavare iubet somnium antecedens in ipso somnio interpretatur. Itaque putem Phoebum aequalem fere fuisse Aristidis et Artemidori, quod iam inde veritatis quandam speciem prae se fert, quod apud Artemidorum quater, saepius quam ullus alius somniorum interpres, nominatur.

Temporum ordo monet, ut hic de titulis Caesarum aetate incisis verba faciam. Sed de eis Zacher[6]) tam

---

1) p. 93, 25.

2) Rh. M. XLV, p. 638. Dubitat Oder quae interfuerit ratio inter Artemonem et Phoebum, qui una afferuntur Art. I 2 (p. 5, 19). Manifestum est aut Phoebi opus notum fuisse Artemidoro aut hunc locum per Artemonem traditum esse. Si illud fuisse putamus, etiam alio loco Artemidorus Phoebi ipsius opere uti potuit, neque opus est Oderi coniectura; sin hoc, Phoebi loci et per Alexandrum et per Artemonem in Artemidori libros illati sunt, cuius simillimam sententiam Oder ipse indignatione quadam reicit. Accedit quod Phoebus duobus locis solus affertur. Itaque non est cur negemus Phoebi locos ab Artemidoro ipso ex illius opere desumptos esse. Addam Oderum per totam suam de Artemidori fontibus inquisitionem hoc miro genere concludendi uti, quamquam Artemidorus ipse se maximum librorum numerum bene novisse testatur (I Pr.), qua de re cur dubitandum sit plane nescio.

3) ed. Dindorf p. 449. 4) p. 511 sq.

5) Post deos omnes vates inter τοὺς ἀξιοπίστους λεγομένους putandi sunt, p. 161, 13.

6) l. a. p. 472 sq.

sagaciter egit, ut nesciam quid addere possim. Demonstravit his testibus deos aegrotis somniantibus *συνταγάς* et *θεραπείας* dedisse, quas si sequerentur eos sanos futuros esse promiserunt.

Itaque licet iam ad Aristidem transire, cuius somnia ab illis antiquis curationibus incubantium maxime eo differunt, quod deus etiam ei, qui extra locum sanctum dormit, somnia mittit. Aristides raro incubuit[1], ut iam Welcker[2] animadvertit, quem Baumgart[3] frustra refellere studuit eo argumento nisus, quod Aristides *παράδοξα* tantum memoriae tradere voluerit. Sed vix erit qui nobis persuadeat incubantes quae viderunt mirabilia non fuisse. Semel Zosimus pro eo incubat[4], cuius rei exemplum unum iam in inscriptionibus Epidauricis commemoratum erat. Sed alii in universum saepe somnia ad Aristidem spectantia[5] vident, aut soli[6] aut similia vel eadem atque Aristides ipse[7]. Aesculapii vis divinatoria magis quam antea ostenditur, cuius rei exempla passim occurrunt.

Deus semper fere certa praecepta dat, quibus cum *συνταγαῖς* posterioris aetatis magna similitudo est[8]. Tamen duas reliquias inveni ad prioris aetatis consuetudinem referendas, qua somnia ipsa effectum quendam in corpore praestabant. 1) p. 447: *ἔδοξά τινας τῶν βαρβάρων ἐγκρατεῖς γεγενῆσθαί μου . . . ἔπειτα καθεῖναι τὸν δάκτυλον οὑτωσὶ μέχρι τοῦ λαιμοῦ, καί τι ἐγχέαι, κατὰ δή τινα ἐπιχώριον νόμον, ὀνομάσαι δὲ αὐτὸ ὀξυσιτίαν. ταῦτα δὲ . . . . τοὺς ἀκούοντας θαυμάζειν καὶ λέγειν, ὡς ἄρα τοῦτο αἴτιον εἴη τοῦ διψῆν μέν, μὴ δύνασθαι δὲ πίνειν, τὸ τρέψεσθαι εἰς ὄξος τὰ σιτία.* 2) p. 448 in eis quae somniat taurum se videre putat. *ὁ δὲ* (*ταῦρος*) *ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔδρασεν, ὑπὸ δὲ τὸ γόνυ τὸ δεξιὸν ἐνέθλασε . . . . καὶ ἐγένετο ὑπὸ τὸ γόνυ τὸ δεξιὸν ἑλκύδιον ἄνθρακι ἐοικὸς, καὶ ἐδόκει ἀγαθὸν εἶναι πρὸς τὰ ἄνω.* — Etiam vigilanti visa occurrunt, quae *ὕπατα* nominantur. *φαντάζεσθαι* autem eodem sensu usurpatur ac

1) p. 467. 484. 486. 490. 506. 551 ed. Dind.
2) Kl. Schr., III, p. 130.
3) Aelius Aristides, p. 120.
4) p. 591.
5) cf. Baumgart, p. 100.
6) p. 497. 503. 510. 514. 518.
7) p. 453. 462. 473. 500.
8) maxime conferend. p. 494. 495.

somniare[1]). — Non soli Aesculapius aut Serapis curae oratoris consulunt, sed etiam alii dei, ut cum Serapide coniuncta affertur Isis[2]).

§ 8. Postquam de somniis ab Aesculapio et Serapide missis in universum satis disputatum est, inquirendum erit, num Artemidorus eiusmodi collectionibus usus sit.

Quarto et quinto operis libris Artemidorus aliud atque antea consilium secutus est. Nam primum his libris disputationem supplere voluit, quod ipse confitetur libri IV[3]) initio: *καὶ γὰρ νῦν αἰσθάνομαί τινων τοῖς βιβλίοις ἐγκαλουμένων ὡς τῶν μὲν ἐν αὐτοῖς γεγραμμένων ἀληθείας μὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἀποδεόντων, οὐ πάντων δὲ ἐξειργασμένων οὐδὲ ἠτιολογουμένων, ἔστι δὲ ὧν καὶ παραλελειμμένων ἀναγκαίων ὄντων τῇ ὑποθέσει.* Tum autem somniorum exitus, quos[4]) ad disputationem priorum librorum non adhibuit, iam IV., maxime autem V. libro copiosissime affert. Itaque his in libris nonnulla somnia ad Serapidem et Aesculapium spectantia inveniuntur. Sed priusquam ad singula inspicienda accedamus, alia quaestio eaque maximi momenti solvenda est.

Exstant duae rationes deorum naturae percipiendae, *ὁ φυσικὸς λόγος* et *ὁ μυθικὸς* sive *κατὰ τὴν ἱστορίαν λόγος*. Hae duobus locis una afferuntur: II 39[5]) de Serapide, Iside, Anubide, Harpocrate sermo fit, qui res adversas significant, ex quibus tamen etiam eripiunt; *ἐξαιρέτως δὲ τὰ μυστήρια αὐτῶν πένθους ἐστὶ σημαντικά· καὶ γὰρ εἰ καὶ ὁ φυσικὸς αὐτῶν λόγος ἄλλο τι περιέχει. ὁ γε μυθικὸς καὶ ὁ κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦτο δείκνυσιν.* — II 37[6]) de Dionyso agitur: *τοῖς δὲ τὸν ἁβρὸν βίον ζῶσι καὶ μάλιστα παισὶ ταραχὰς καὶ κινδύνους καὶ ἐπιβουλὰς καὶ περιβοήσεις σημαίνει διὰ τὴν περὶ τὸν θεὸν ἱστορίαν καὶ διὰ τὸν φυσικὸν λόγον τοῦ Διονύσου.*

De physica ratione[7]) Cicero de nat. deor. II 24, 63 haec

---

1) De his cf. Baumgart, p. 125.

2) p. 500. 501; cf. Tibull. I 3, 27. De Isidis vi medendi cf. Rittershain, p. 13 sq.

3) p. 198, 11.

4) cf. II 44 locum supra allatum.

5) p. 145, 8 sq.

6) p. 141, 1 sq.

7) cf. Zeller, Philos. d. Griechen III, 1, p. 323. Cic de nat. deor. III, 24, 63.

quem ceteri praeter Hercherum secuti sunt. Sed haec verba per se magis supervacanea sunt, quam ut coniectura inferantur, atque a tradita scriptura satis abhorrent. Itaque alia via ingredienda erit.

Opus de quo agitur quomodo institutum fuerit, quamquam breviter tamen clare et aperte dictum est. Erat complurium librorum, quorum tertio illae *συνταγαὶ ἀπὸ ζῴων* tractabantur; unde sequitur ceteris in libris alia infuisse i. e. argumentum totius operis varium fuisse. Totum locum iam antiqua aetate in contextum irrepsisse verisimile est, quod utroque in codice eadem verba leguntur. Itaque vituperatus esse videtur scriptor satis antiquus, qui post Artemidorum floruit.

Scriptores Graecos percensentes unum invenimus, in quem verba optime quadrant: Sextum Iulium Africanum. Scripsit *κεστούς* [1]), qui ab Eusebio in primo Chronicorum libro [2]) *πραγματεία ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ χυμικῶν* nominantur. Pars eorum conservata est in libro quodam a Thevenotio [3]) edito, Byzantinis demum temporibus compilato [4]); multa exstant in Geoponicis [5]); electa leguntur in Michaelis Pselli libello *περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων* [6]). Ubi legimus p. 145, 21: *τερατεύεται δέ τινας ὠφελείας ἀπὸ χελώνης, ἀπὸ ἀρκτείου αἰδοίου, ἐξ ἄλλων ζῴων τε καὶ θηρῶν.* Vidimus igitur partis Cestorum argumentum cum argumento tertii libri Anonymi plane congruere. Sin autem quaerimus, num verisimile sit has *συνταγὰς ἀπὸ ζῴων* in tertio Cestorum libro infuisse, considerandum est id quod de dispositione operis scimus. Constat illa *γεωργικὰ παράδοξα*, quae in Byzantina compilatione insunt, sexto et septimo libro esse enarrata [7]). Itaque a veritate non alienum videtur Eusebium argumentum operis ordine quo institutum erat descripsisse, ita ut *ἰατρικά* et *φυ-*

---

1) Qui de hoc opere egerunt omnes enumeravit Gelzer, Africanus I p. 3, 4.

2) ad ann. Abr. 2237.

3) Veteres Mathemat. Graeci, Par. 1693, p. 275 sq.

4) Gelzer, p. 13. 5) ibid.

6) W. Westermann, Paradoxographi Gr. p. 143 sq.; cf. Lambecius, Comment. de Aug. Bibl. Vindob. VII, p. 222 sq.

7) J. Brivin in notis ad Cestos, Thévenot p. 357; Gelzer, p. 13.

σικά in primis V libris locum tenuerint. Illas συνταγάς inter ἰατρικά et φυσικά esse inserendas apparet: itaque non dubium est, quin in tertio libro inesse potuerint.

Quibus de causis pro κάσῖς scribendum esse κεστὰς censeo ratus interpolatorem verbis ludentem ad κεστοὺς spectasse. Vox κεστός eodem modo ac ποικίλος 'varius' intellegi postest[1]).

Postquam exquisivimus quem ad auctorem locus tractatus spectet, fortasse quaeri potest, a quo interpolatio orta sit. Paulo post a. 190 p. Chr. Artemidorus librum IV confecit[2]); Africanus opus suum Alexandro Severo imperatori dedicavit[3]). Interpolator Africani aequalis erat; tunc autem temporis librum IV in manibus Artemidori filii fuisse valde verisimile est. Prooem. l. IV[4]): μεμνημένος (filius esto) ὅτι σοι προσπεφώνηται τὸ βιβλίον, ὅπως ἂν αὐτὸς ἔχῃς χρῆσθαι καὶ μὴ πολλοῖς κοινωνῇς ἀντιγραφῶν. τὰ γὰρ ἐνταῦθα γραφησόμενα μένοντα μὲν παρὰ σοὶ πάντων ὑπέρτερον ἢ οὐδενός γε λειπόμενον ὀνειροκριτικόν σε ποιήσει, κοινωθέντα δὲ οὐδέν τι μᾶλλον ἑτέρων σε ἐπιστάμενον ἐπιδείξει. Artemidorus soli Artemidoro filio librum tradidit. Cum autem duobus in codicibus verba eadem sint, locum iam in archetypo exstitisse, i. e. a filio Artemidoro adiectum esse coniciam.

III. De collectionibus somniorum ab Aesculapio et Serapide missorum.

§ 6. Cum in Artemidori opere somniorum ab Aesculapio et Serapide missorum compluribus locis mentio fiat, priusquam ad singula accedamus, omnia quae de hac re traduntur accuratius inspicienda sunt. Atque primum agendum est de inscriptionibus Epidauricis, quae annis 1883 et 1885 publici iuris factae sunt[5]). Continent praecipue curationes ab Asclepiadis ipsis adhibitas[6]) quarum tres in aegrotis vigi-

1) Gelzer p. 12.
2) Krauss in praefat. p. VI (ubi legendum IV B. pro II B.).
3) Euseb. l. all. 4) p. 198, 19.
5) in Ephemeride archaeologica.
6) Zacher, Herm. XXI, p. 472.

lantibus factae sunt[1]). Inter somnia autem tria sunt, quae prorsus aliam speciem prae se ferunt: 1) duo generis allegorici[2]), Eph. 1883 p. 215, 104. 111; 2) unum generis theorematici, Eph. 1885, p. 15, 19. Haec somnia a ceteris valde abhorrent et posteriore demum aetate crebrius inveniuntur[3]). Cum autem Zacher[4]) probabiliter exposuerit tabulas alteram recensionem inscriptionum V. fere saeculi eamque commutatam[5]) exhibere, mihi quidem verisimile esse videtur haec somnia in altera demum recensione adiecta esse, id quod per se probabile est. Nam Aesculapius antiquioribus temporibus semper medicinae deus putatus est, non divinationis; ipse vivus hominibus medebatur idemque Podalirius et Machao ceterique Asclepiadae faciebant[6]). Ea autem veterum testimonia, quae Rohde[7]) contra affert, ad sententiam eius comprobandam non plus valent quam Aristidis permulti ei loci, quibus deus res futuras ad morbum oratoris non spectantes praenuntiat.

Quaerimus nunc, unde haec dissimilia in somnia ab Aesculapio data influxerint. Erant alia oracula, ubi aegroti quamquam consilia ad morbos sanandos accipiebant, tamen non in incubandi ipso tempore sanabantur, ut Amphiarai Dionysi Plutonis[8]). Ibi iam mos erat, ut alius pro alio incubare posset, cuius rei in Epidauricis inscriptionibus unum exemplum inest[9]). Quod cum fieri non potuerit, si somniantes ab Asclepiadis ipsis sanabantur, haec quoque narratio alteri demum recensioni ascribenda erit. Videmus igitur ea somnia, quae ab oraculorum deis mittebantur, inter V. et III. a. Chr. n. saecula in somnia ab Aesculapio data irrepsisse eaque postea

---

1) Diels, Antike Heilwunder, Nord und Süd, Bd. 43, p. 28—43; p. 38, No. 16 et 20, p. 42, No. 5.

2) Artem. I, 2. 3) Zacher l. a. 4) p. 467 sq.

5) ad quod maxime conferas quae Zacher de Hippye protulit contra Wilamowitzium, qui Herm. XIX, 452 sq. de inscript. Epid. disseruit.

6) De Asclepiadis cf. in universum Ritter von Rittershain, Der medizinische Wunderglaube und die Incubation im Alterthum, 1879, p. 49 sq. Neque sacerdotum Aesculapii erat futura pronuntiare, p. 54.

7) Psyche, I, p. 141[2].

8) Welcker, Kl. Schriften III, p. 93, 94.

9) Eph. 1885, p. 15, 1 sq.

prorsus loco movisse. Nam in huius temporis titulis sanationis incubantium nullum vestigium invenimus[1, 2]).

Nunc est inquirendum, quo in genere somniorum antiqua *ἰάματα* Aesculapii numeranda sint. In iis somniis quae ad futura spectant, ut *ὄνειρος, ὅραμα, χρηματισμός*, certe non haberi possunt; nam id quod incubans vidit, semper eodem tempore efficitur. Nam id quod Artemidorus exponit I 2[3]): *οὐ γάρ ποτε ἐρεῖ τις ὡς οὐ μετὰ τὴν ὄψιν αὐτὴν ἀποβαίνει τὰ τοιαῦτα οὐδ' ὀλίγον διαλείποντα, ἤδη δὲ αὐτῶν ἔνια ἅμα νοήματι ὡς εἰπεῖν ἔτι τῆς ὄψεως κατεχούσης περαιοῦται*, manifestum est mathematicorum in morem excogitatum esse, qui differentiam magis magisque minutam ad nihilum recidere docent. Hoc raro fieri Artemidorus ipse cum *ἔνια* addit testatur et id cogitandum est neque Artemidorum capitis initio neque Macrobium[4]) visionis exempla enumerantes tale somnium exhibere. Itaque haec *ἰάματα* in illud genus, cui *ἐνύπνιον* et *φάντασμα* attribuuntur, inserenda erunt.

Sed insomnia[5]) non esse statim apparet, si consideramus *ἐνύπνια* ex corporis sive animae ipsius condicione rebus externis plane absentibus oriri et 'post somnium nullam sui utilitatem vel significationem relinquere'. Itaque solum restat *φάντασμα*[6]) cuius naturam Macrobius ita describit[7]): ***φάντασμα vero, hoc est visum, cum inter vigiliam et adultam quietem in quadam, ut aiunt, prima somni nebula adhuc se vigilare existimans, qui dormire vix coepit, aspicere videtur irruentes in se vel passim vagantes formas a natura seu magnitudine seu specie discrepantes, variasque tempestates rerum vel laetas vel turbulentas. In hoc genere est ἐπιάλτης***[8]) e. q. s. Iam in hac definitione vides duas partes inesse inter se diversas: primum enim dicit Macrobius visa inter vigiliam et somnium oriri, tum extra

---

1) Zacher l. a.

2) Inscriptionibus Epidauri inventis concidit ratio Rittershainii p. 57, qui miracula illa circa Chr. n. crebriora quam antea fuisse censuit, ut cum Christi miraculis compararentur.

3) p. 5, 12. 4) Somn. Scip. I 3, 9. 5) Somn. Sc. I 3, 4.

6) Krauss: „eitles Phantasiestück"; Oder (Sus. p. 871): „Phantasien in halbwachem Zustande". Falso: haec sunt φαντασίαι; Art. p. 261, 21. ἄλογοι φαντασίαι p. 200, 4.

7) Somn. Scip. I 3, 7. 8) de hoc postea disseretur.

naturam aliquo modo egredi. At dormientibus quoque somnia a natura abhorrentia venire possunt. In quod genus somniorum haec sunt inserenda? Manifestum est alteram partem definitionis a Macrobio certius quam decuit pronuntiatam esse, et hanc puto priorem. Quod saepe fit, Macrobius semper fieri censet. Exstant autem loci quibus incubantium somnia cum semisomniorum visis comparantur. Plut. de Gen. Socr. 22: *ἔφη δὲ καταβὰς εἰς τὸ μαντεῖον περιτυχεῖν σκότῳ πολλῷ τὸ πρῶτον, εἶτ' ἐπευξάμενος κεῖσθαι πολὺν χρόνον, οὐ μάλα συμφρονῶν ἐναργῶς εἴτ' ἐγρήγορεν εἴτ' ὠνειροπόλει.* Cuius loci indicio fretus Sprengelium [1]) recte puto Iamblichi locum [2]) ad incubationem rettulisse: *οὐ μὴν οἵ τε θεόπεμπτοι καλούμενοι ὄνειροι τοῦτον γίνονται τὸν τρόπον, ὅνπερ σὺ λέγεις. ἀλλ' εἴ τοι τοῦ ὕπνου ἀπολείποντος, ἀρχομένων ἄρτι ἐγρηγορέναι, ἀκούειν πάρεστί τινος φωνῆς συντόμου, τῆς τῶν πρακτέων ὑφηγουμένης, ἢ μεταξὺ τοῦ ἐγρηγορέναι καὶ καθεύδειν ὄντων, ἢ καὶ παντελῶς ἐγρηγορότων αἱ φωναὶ ἀκούονται.* Sequentibus verbis singula eodem fere modo atque apud Plutarchum enarrantur. Itaque cum videamus summam esse convenientiam inter incubantium et semisomniorum somnia, tota Macrobii explicatio ad somnia ab Aesculapio missa, quod quidem ad antiquiora tempora attineat, optime quadrat. Ad omnia haec accedit, quod Artemo somniorum inprimis Serapicorum coniector de visis egit, teste Artemidoro [3]).

§ 7. De somniorum inprimis Serapicorum coniectoribus Artemidorus II 44 [4]) verba facit: *Ὀνείρους δὲ ἀποβεβηκότας καὶ τὰς ἀποβάσεις αὐτῶν οὐκ ἐνεδέχετο γράφειν ἐν τέχνῃ ὀνειροκριτικῇ καὶ ὑποθήκαις θεωρημάτων. οὐδέ μοι πιθανὰ ἐδόκει ταῦτα, καίτοι Γεμινοῦ τοῦ Τυρίου καὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως καὶ Ἀρτέμωνος τοῦ Μιλησίου τοῦ μὲν ἐν τρισὶ βιβλίοις, τοῦ δὲ ἐν πέντε, τοῦ δὲ ἐν εἰκοσιδύο πολλοὺς ὀνείρους ἀναγραψαμένων καὶ μάλιστα συνταγὰς καὶ θεραπείας τὰς ὑπὸ Σαράπιδος δοθείσας.*

---

1) Gesch. d. Arzneikunde I, p. 223.
2) De myster. Aegypt. ed. Gale III 2.
3) de Artemone cf. infra.
4) p. 148, 20.

Elucet hos scriptores libris suis singula somnia enarrasse, quorum de nonnullis infra sermo fiet. Inde iam intellegitur, quomodo fieri potuerit, ut Artemo tot libros conficeret, neque est cur Odero [1]) assentiamur suspicanti Artemonem et Gemini et Demetrii libros in suo opere coniunxisse. Hunc Artemidori locum cum IV 22 coniungere, quod fecit Oder [2]), vetamur primum quod hoc loco Artemidorus vehementissime in scriptores allatos invehitur, illo loco somniorum Serapicorum scriptores prorsus aliis de causis praetermittendos censet, tum quod somnia adhuc exstantia prorsus aliam speciem prae se ferunt. De rationibus interpretandi hi scriptores nihil exhibuerunt; nam nisi ita se res haberet, Artemidorus eos praetermittere non debuit. Neque Fulgentii Myth. II 13 [3]) hoc credere cogimur; nam hoc loco non exponitur, quomodo somnia sint interpretanda, sed quomodo vera somnia excitentur.

De singulis scriptoribus liceat mihi paucis disserere. Cum Fulgentii loco allato primus Antipho coniector antiquissimus, secundus Philochorus satis antiquus, sed recentior, ultimo loco Serapio commemoretur, qui et propter nomen et propter patriam seriori demum aetati attribuendus esse videtur [4]), apparet temporum ordine scriptores enumeratos esse. Itaque Artemonem non ante tertium a. Chr. saeculum floruisse satis verisimile est. Eum de visis egisse testatur Artem. I, 2 [5]). Exstat aliud quoque de Artemone testimonium apud Porphyrium in scholiis ad Il. *Π* 854: *πόθεν ὁ Πάτροκλος οἶδεν ὅτι Ἀχιλλεὺς κτενεῖ τὸν Ἕκτορα . . .; ὅτι κατὰ Ἀρτέμονα τὸν Μιλήσιον ἐν τῷ περὶ ὀνείρων, ὅταν ἀθροισθῇ ἡ ψυχὴ ἐξ ὅλου τοῦ σώματος πρὸς τὸ ἐκκριθῆναι, μαντικωτάτη γίγνεται* [6]). Ne ex hoc quidem testimonio ullo modo concludere licet Artemonem exposuisse, quomodo somnia essent interpretanda.

1) Susemihl, Litt. d. Alex., p. 875.

2) ibid. p. 874, 186.

3) 'At vero amica Apollinis ob hanc rem vocatur (sc. laurus), quia illi qui de interpretatione somniorum scripserunt, Antiphon et Philochorus et Artemon et Serapion Ascalonites, promittant in libris suis, laurum si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros'. De Antiphonte cf. s. Cap. I § 2.

4) v. infra. 5) p. 5, 18.

6) Oder, Sus. I, p. 875, 189; cf. Rohde, Psyche, I p. 54².

naturam aliquo modo egredi. At dormientibus quoque somnia a natura abhorrentia venire possunt. In quod genus somniorum haec sunt inserenda? Manifestum est alteram partem definitionis a Macrobio certius quam decuit pronuntiatam esse, et hanc puto priorem. Quod saepe fit, Macrobius semper fieri censet. Exstant autem loci quibus incubantium somnia cum semisomniorum visis comparantur. Plut. de Gen. Socr. 22: *ἔφη δὲ καταβὰς εἰς τὸ μαντεῖον περιτυχεῖν σκότῳ πολλῷ τὸ πρῶτον, εἶτ' ἐπευξάμενος κεῖσθαι πολὺν χρόνον, οὐ μάλα συμφρονῶν ἐναργῶς εἴτ' ἐγρήγορεν εἴτ' ὠνειροπόλει.* Cuius loci indicio fretus Sprengelium [1]) recte puto Iamblichi locum [2]) ad incubationem rettulisse: *οὐ μὴν οἵ τε θεόπεμπτοι καλούμενοι ὄνειροι τοῦτον γίνονται τὸν τρόπον, ὅνπερ σὺ λέγεις. ἀλλ' εἴ τοι τοῦ ὕπνου ἀπολείποντος, ἀρχομένων ἄρτι ἐγρηγορέναι, ἀκούειν πάρεστί τινος φωνῆς συντόμου, τῆς τῶν πρακτέων ὑφηγουμένης, ἢ μεταξὺ τοῦ ἐγρηγορέναι καὶ καθεύδειν ὄντων, ἢ καὶ παντελῶς ἐγρηγορότων αἱ φωναὶ ἀκούονται.* Sequentibus verbis singula eodem fere modo atque apud Plutarchum enarrantur. Itaque cum videamus summam esse convenientiam inter incubantium et semisomniorum somnia, tota Macrobii explicatio ad somnia ab Aesculapio missa, quod quidem ad antiquiora tempora attineat, optime quadrat. Ad omnia haec accedit, quod Artemo somniorum inprimis Serapicorum coniector de visis egit, teste Artemidoro [3]).

§ 7. De somniorum inprimis Serapicorum coniectoribus Artemidorus II 44 [4]) verba facit: *Ὀνείρους δὲ ἀποβεβηκότας καὶ τὰς ἀποβάσεις αὐτῶν οὐκ ἐνεδέχετο γράφειν ἐν τέχνῃ ὀνειροκριτικῇ καὶ ὑποθήκαις θεωρημάτων. οὐδέ μοι πιθανὰ ἐδόκει ταῦτα, καίτοι Γεμινοῦ τοῦ Τυρίου καὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως καὶ Ἀρτέμωνος τοῦ Μιλησίου τοῦ μὲν ἐν τρισὶ βιβλίοις, τοῦ δὲ ἐν πέντε, τοῦ δὲ ἐν εἰκοσιδύο πολλοὺς ὀνείρους ἀναγραψαμένων καὶ μάλιστα συνταγὰς καὶ θεραπείας τὰς ὑπὸ Σαράπιδος δοθείσας.*

---

1) Gesch. d. Arzneikunde I, p. 223.
2) De myster. Aegypt. ed. Gale III 2.
3) de Artemone cf. infra.
4) p. 148, 20.

Elucet hos scriptores libris suis singula somnia enarrasse, quorum de nonnullis infra sermo fiet. Inde iam intellegitur, quomodo fieri potuerit, ut Artemo tot libros conficeret, neque est cur Odero [1]) assentiamur suspicanti Artemonem et Gemini et Demetrii libros in suo opere coniunxisse. Hunc Artemidori locum cum IV 22 coniungere, quod fecit Oder [2]), vetamur primum quod hoc loco Artemidorus vehementissime in scriptores allatos invehitur, illo loco somniorum Serapicorum scriptores prorsus aliis de causis praetermittendos censet, tum quod somnia adhuc exstantia prorsus aliam speciem prae se ferunt. De rationibus interpretandi hi scriptores nihil exhibuerunt; nam nisi ita se res haberet, Artemidorus eos praetermittere non debuit. Neque Fulgentii Myth. II 13 [3]) hoc credere cogimur; nam hoc loco non exponitur, quomodo somnia sint interpretanda, sed quomodo vera somnia excitentur.

De singulis scriptoribus liceat mihi paucis disserere. Cum Fulgentii loco allato primus Antipho coniector antiquissimus, secundus Philochorus satis antiquus, sed recentior, ultimo loco Serapio commemoretur, qui et propter nomen et propter patriam seriori demum aetati attribuendus esse videtur [4]), apparet temporum ordine scriptores enumeratos esse. Itaque Artemonem non ante tertium a. Chr. saeculum floruisse satis verisimile est. Eum de visis egisse testatur Artem. I, 2 [5]). Exstat aliud quoque de Artemone testimonium apud Porphyrium in scholiis ad Il. *Π* 854: *πόθεν ὁ Πάτροκλος οἶδεν ὅτι Ἀχιλλεὺς κτενεῖ τὸν Ἕκτορα . . .; ὅτι κατὰ Ἀρτέμονα τὸν Μιλήσιον ἐν τῷ περὶ ὀνείρων, ὅταν ἀθροισθῇ ἡ ψυχὴ ἐξ ὅλου τοῦ σώματος πρὸς τὸ ἐκκριθῆναι, μαντικωτάτη γίγνεται* [6]). Ne ex hoc quidem testimonio ullo modo concludere licet Artemonem exposuisse, quomodo somnia essent interpretanda.

---

1) Susemihl, Litt. d. Alex., p. 875.

2) ibid. p. 874, 186.

3) 'At vero amica Apollinis ob hanc rem vocatur (sc. laurus), quia illi qui de interpretatione somniorum scripserunt, Antiphon et Philochorus et Artemon et Serapion Ascalonites, promittant in libris suis, laurum si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros'. De Antiphonte cf. s. Cap. I § 2.

4) v. infra. 5) p. 5, 18.

6) Oder, Sus. I, p. 875, 189; cf. Rohde, Psyche, I p. 54².

Optime singula exempla afferre potuit, quale unum luculenter enarratum invenimus, quamquam serioris aetatis, in Phlegontis Hist. mirab. c. III. Sed fortasse censendum est Porphyrium ex alio Artemonis opere hausisse, quod dubito an non ad tot librorum opus respiciens scholiasta 'ἐν τῷ περὶ ὀνείρων' dicere potuerit.

De Demetrio Phalereo Laertius Diogenes 76 haec narrat: λέγεται δὲ ἀποβαλόντα αὐτὸν τὰς ὄψεις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κομίσασθαι αὖθις παρὰ τοῦ Σαράπιδος, ὅθεν καὶ τοὺς παιᾶνας τοὺς μέχρι νῦν ᾀδομένους. Quamquam fabulam ipsam cum Susemihlio [1]) reicio, tamen in narratione aliquid veri inesse posse puto: fortasse Demetrius carmina ad Serapidem celebrandum composuit, quibus quae perhibebantur posteriori cuidam homini fundamentum praebuerunt ad libros illos quinque conscribendos.

Serapionis nomen certo consilio inscriptum esse libro videtur, ut iam Oder adnotavit [2]). Simili modo nomina clara libris commenticiis inscripta sunt, ut Epimenidis [3]) libro cuidam de oraculis, Melampodis [4]) libris περὶ τεράτων καὶ σημείων, περὶ παλμῶν, περὶ ἐλαιῶν, Astrampsychi oraculorum collectioni [5]) et libro onirocritico [6]). Sed magis etiam huc revocandi sunt scriptores erotici, qui persaepe nomina e librorum argumentis sibi finxerunt; Heliodorus qui Αἰθιοπικά scripsit, ex Rohdei [7]), ut mihi videtur, rectissima coniectura, nomen de Sole sumpsit, eodem modo ut Χαρίτων ὁ Ἀφροδισιεύς et ad Gratias et ad Venerem spectare videtur [8]). Talia omnia ad tempora satis recentia referenda sunt.

De Gemino nihil notum est.

His scriptoribus adserendum esse puto Phoebum Antiochenum, quippe qui eodem modo atque Artemo singula somnia enarraverit [9]) et de viso verba fecerit [10]), qua re pro-

---

1) Susem. p. 875, 187. 2) p. 876, 193.
3) G. Wolff, Porphyr. de philos. ex oraculis haurienda, p. 52.
4) cf. s. Cap. II § 5; cf. Krumbacher, Byz. Litt. ², p. 630, 8, 1.
5) ibid. p. 628. 6) ibid. p. 629.
7) Gr. Roman, p. 444. 8) ibid. p. 489.
9) Artem. IV 48 (p. 230, 23), IV, 66 (p. 242, 21).
10) Art. I, 2 (p. 5, 18).

batur eum de incubationibus aliquid exhibuisse. Qua aetate floruerit, non constat; nam quod Oder contendit Phoebi locum II 9[1]) Artemidoro per Alexandrum Myndium innotuisse, mera coniectura est[2]). Exstat autem in prima Aristidis oratione sacra locus, qui dubito an ad hunc Phoebum respiciat[3]): *περὶ δὲ βαλανείου τοιάδε ἔδοξα. πρῶτον μὲν ὡς μεταξὺ ἀνατριβόμενος εἰσελθεῖν εἴς τι βαλανεῖον τῶν ἰδιωτικῶν· ἔπειτα φάναι ὡς ἔλαθον ἐμαυτὸν εἰσελθών, ἀλούτων ἡμερῶν ἤδη. ἔπειτα ἐδόκει μοι παραθαρρύνειν Φοῖβος παρών, ὥστε καὶ εἰς τὸ ὕδωρ εἰσέβαινον ἀνυπόπτως ἤδη.* Quis est hic Phoebus? Apollinem esse non est cur putemus; nam hoc cum deo Aristidi res non est, nisi ei carmen aliquod componit, ut sacr. or. IV[4]). Accedit quod deorum nomina ab Aristide plerumque cum articulo coniunguntur. Contra hoc manifestum est quendam significari, qui somnia interpretandi peritus erat[5]); nam is qui eum se lavare iubet somnium antecedens in ipso somnio interpretatur. Itaque putem Phoebum aequalem fere fuisse Aristidis et Artemidori, quod iam inde veritatis quandam speciem prae se fert, quod apud Artemidorum quater, saepius quam ullus alius somniorum interpres, nominatur.

Temporum ordo monet, ut hic de titulis Caesarum aetate incisis verba faciam. Sed de eis Zacher[6]) tam

---

1) p. 93, 25.

2) Rh. M. XLV, p. 638. Dubitat Oder quae interfuerit ratio inter Artemonem et Phoebum, qui una afferuntur Art. I 2 (p. 5, 19). Manifestum est aut Phoebi opus notum fuisse Artemidoro aut hunc locum per Artemonem traditum esse. Si illud fuisse putamus, etiam alio loco Artemidorus Phoebi ipsius opere uti potuit, neque opus est Oderi coniectura; sin hoc, Phoebi loci et per Alexandrum et per Artemonem in Artemidori libros illati sunt, cuius simillimam sententiam Oder ipse indignatione quadam reicit. Accedit quod Phoebus duobus locis solus affertur. Itaque non est cur negemus Phoebi locos ab Artemidoro ipso ex illius opere desumptos esse. Addam Oderum per totam suam de Artemidori fontibus inquisitionem hoc miro genere concludendi uti, quamquam Artemidorus ipse se maximum librorum numerum bene novisse testatur (I Pr.), qua de re cur dubitandum sit plane nescio.

3) ed. Dindorf p. 449. 4) p. 511 sq.

5) Post deos omnes vates inter τοὺς ἀξιοπίστους λεγομένους putandi sunt, p. 161, 13.

6) l. a. p. 472 sq.

sagaciter egit, ut nesciam quid addere possim. Demonstravit his testibus deos aegrotis somniantibus *συνταγάς* et *θεραπείας* dedisse, quas si sequerentur eos sanos futuros esse promiserunt.

Itaque licet iam ad Aristidem transire, cuius somnia ab illis antiquis curationibus incubantium maxime eo differunt, quod deus etiam ei, qui extra locum sanctum dormit, somnia mittit. Aristides raro incubuit [1]), ut iam Welcker [2]) animadvertit, quem Baumgart [3]) frustra refellere studuit eo argumento nisus, quod Aristides *παράδοξα* tantum memoriae tradere voluerit. Sed vix erit qui nobis persuadeat incubantes quae viderunt mirabilia non fuisse. Semel Zosimus pro eo incubat [4]), cuius rei exemplum unum iam in inscriptionibus Epidauricis commemoratum erat. Sed alii in universum saepe somnia ad Aristidem spectantia [5]) vident, aut soli [6]) aut similia vel eadem atque Aristides ipse [7]). Aesculapii vis divinatoria magis quam antea ostenditur, cuius rei exempla passim occurrunt.

Deus semper fere certa praecepta dat, quibus cum *συνταγαῖς* posterioris aetatis magna similitudo est [8]). Tamen duas reliquias inveni ad prioris aetatis consuetudinem referendas, qua somnia ipsa effectum quendam in corpore praestabant. 1) p. 447: *ἔδοξά τινας τῶν βαρβάρων ἐγκρατεῖς γεγενῆσθαί μου . . . ἔπειτα καθεῖναι τὸν δάκτυλον οὑτωσὶ μέχρι τοῦ λαιμοῦ, καί τι ἐγχέαι, κατὰ δή τινα ἐπιχώριον νόμον, ὀνομάσαι δὲ αὐτὸ ὀξυσιτίαν. ταῦτα δὲ . . . . τοὺς ἀκούοντας θαυμάζειν καὶ λέγειν, ὡς ἄρα τοῦτο αἴτιον εἴη τοῦ διψῆν μέν, μὴ δύνασθαι δὲ πίνειν, τὸ τρέψεσθαι εἰς ὄξος τὰ σιτία.* 2) p. 448 in eis quae somniat taurum se videre putat. *ὁ δὲ (ταῦρος) ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔδρασεν, ὑπὸ δὲ τὸ γόνυ τὸ δεξιὸν ἐνέθλασε . . . . καὶ ἐγένετο ὑπὸ τὸ γόνυ τὸ δεξιὸν ἑλκύδιον ἄνθρακι ἐοικός, καὶ ἐδόκει ἀγαθὸν εἶναι πρὸς τὰ ἄνω.* — Etiam vigilanti visa occurrunt, quae *ὕπατα* nominantur. *φαντάζεσθαι* autem eodem sensu usurpatur ac

---

1) p. 467. 484. 486. 490. 506. 551 ed. Dind.
2) Kl. Schr., III, p. 130.
3) Aelius Aristides, p. 120.
4) p. 591.
5) cf. Baumgart, p. 100.
6) p. 497. 503. 510. 514. 518.
7) p. 453. 462. 473. 500.
8) maxime conferend. p. 494. 495.

somniare[1]. — Non soli Aesculapius aut Serapis curae oratoris consulunt, sed etiam alii dei, ut cum Serapide coniuncta affertur Isis[2].

§ 8. Postquam de somniis ab Aesculapio et Serapide missis in universum satis disputatum est, inquirendum erit, num Artemidorus eiusmodi collectionibus usus sit.

Quarto et quinto operis libris Artemidorus aliud atque antea consilium secutus est. Nam primum his libris disputationem supplere voluit, quod ipse confitetur libri IV[3] initio: *καὶ γὰρ νῦν αἰσθάνομαί τινων τοῖς βιβλίοις ἐγκαλουμένων ὡς τῶν μὲν ἐν αὐτοῖς γεγραμμένων ἀληθείας μὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἀποδεόντων, οὐ πάντων δὲ ἐξειργασμένων οὐδὲ ᾐτιολογουμένων, ἔστι δὲ ὧν καὶ παραλελειμμένων ἀναγκαίων ὄντων τῇ ὑποθέσει.* Tum autem somniorum exitus, quos[4] ad disputationem priorum librorum non adhibuit, iam IV., maxime autem V. libro copiosissime affert. Itaque his in libris nonnulla somnia ad Serapidem et Aesculapium spectantia inveniuntur. Sed priusquam ad singula inspicienda accedamus, alia quaestio eaque maximi momenti solvenda est.

Exstant duae rationes deorum naturae percipiendae, *ὁ φυσικὸς λόγος* et *ὁ μυθικὸς* sive *κατὰ τὴν ἱστορίαν λόγος*. Hae duobus locis una afferuntur: II 39[5] de Serapide, Iside, Anubide, Harpocrate sermo fit, qui res adversas significant, ex quibus tamen etiam eripiunt; *ἐξαιρέτως δὲ τὰ μυστήρια αὐτῶν πένθους ἐστὶ σημαντικά· καὶ γὰρ εἰ καὶ ὁ φυσικὸς αὐτῶν λόγος ἄλλο τι περιέχει. ὅ γε μυθικὸς καὶ ὁ κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦτο δείκνυσιν.* — II 37[6] de Dionyso agitur: *τοῖς δὲ τὸν ἁβρὸν βίον ζῶσι καὶ μάλιστα παισὶ ταραχὰς καὶ κινδύνους καὶ ἐπιβουλὰς καὶ περιβοήσεις σημαίνει διὰ τὴν περὶ τὸν θεὸν ἱστορίαν καὶ διὰ τὸν φυσικὸν λόγον τοῦ Διονύσου.*

De physica ratione[7] Cicero de nat. deor. II 24, 63 haec

---

1) De his cf. Baumgart, p. 125.

2) p. 500. 501; cf. Tibull. I 3, 27. De Isidis vi medendi cf. Rittershain, p. 13 sq.

3) p. 198, 11.

4) cf. II 44 locum supra allatum.

5) p. 145, 8 sq.

6) p. 141, 1 sq.

7) cf. Zeller, Philos. d. Griechen III, 1, p. 323. Cic de nat. deor. III, 24, 63.

exponit: *alia quoque ex ratione et quidem physica fluxit multitudo deorum; qui induti specie humana fabulas poetis suppeditaverunt, hominum autem vitam superstitione omni referserunt. atque hic locus a Zenone tractatus postea a Cleanthe et Chrysippo pluribus verbis explicatus est . . . physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas.* Ex hac ratione duobus locis Artemidorus interpretatus est: *φυσικὴ ἐξήγησις* adhibetur p. 230, 10 sq., ubi quis se Endymionem esse somnians postea astrologia magnam gloriam parat; et p. 43, 5 legimus: *εἶδον δὲ καὶ ἐν Κυλλήνῃ γενόμενος Ἑρμοῦ ἄγαλμα οὐδὲν ἄλλο ἢ αἰδοῖον δεδημιουργημένον λόγῳ τινὶ φυσικῷ.* Utroque loco fabulae physica ratione explicantur; itaque manifestum est convenientiam quandam esse inter physicam et mythicam rationem; eadem res solum a diversis partibus aspicitur. Sed tum physica et mythica ratio inter se contrariae esse nunquam possunt; sunt autem in priore allatorum exemplo. Unde efficitur hoc loco *φυσικὸν λόγον* aliter esse interpretandum.

Consideremus cur deorum potissimum duobus locis allatorum duae diversae cognitiones admittantur, physiologica — ut Graecam vocem in latinam linguam transferam — et mythica sive historica, quae loco priore opponuntur, posteriore consentiunt. Ad Dionysi mythicam historicamque cognitionem omnia pertinere manifestum est, quae de eo fabulae narrant. Sed quid tunc relinquitur? Relinquuntur effectus, quos deus orgiis in hominibus praestat et quos physicos rectissime nominari consentaneum est. Nam affectiones orgiis excitatae morbi cuiusdam simillimae sunt [1]). Sacerdos autem Dionysi item ac bacchantes *ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχος* nominatur [2]).

Serapidis natura ex ratione mythorum percepta eadem est ac Plutonis. Qualis autem est cognitio physiologica? Huius aetatis ars medicina docet somnia inter res physiologicas esse habenda, et per se manifestum est deum somnia incubantibus mittentem in corporibus et animis hominum effectum praestare, qui bene physiologicus nominari possit. Omnes fere

1) Nietzsche, Geburt d. Trag., p. 9. 11. Rohde, Psyche, II p. 4² sq., praecipue, II p. 42².

2) Paus. X 33, 11; Rohde, II p. 49². De voce κάτοχος κατεχόμενος Rohde, II p. 18²; 314, 1 et al.

dei inferi, in quibus Serapis deique Aegyptii supra allati numerantur, vim quandam physiologicam habent. Ad rem melius illustrandam de nonnullorum deorum vi physiologica pauca conferam [1]).

Magna est consensio inter somnia incubantium et divinationem Pythiae, cuius mens vi terrae divino afflatu concitabatur [2]); quam similitudinem iam Rohde adnotavit, qui rectissime, ut mihi videtur, suspicatus est antea Delphis Terrae oraculum fuisse [3]). Bacis vaticinabatur *κατάσχετος ἐκ νυμφῶν, μανεὶς ἐκ νυμφῶν, νυμφόληπτος* [4]). Nymphae autem aliam quoque vim daemonicam in hominibus exercent; nam *νυμφοληψία* tanquam morbus iam a veteribus putata est [5]). Etiam hodie si qui *ἀπὸ ταὶς Νηράϊδες παίρνεται* morbo corporis seu animae affici putatur [6]). Incubus a Macrobio [7]) physiologice percipitur, ab Artemidoro [8]) mythologice; nam *ὁ αὐτὸς εἶναι τῷ Πανὶ νενόμισται.* Pan autem ipse physiologicam vim habet [9]); exstant *ἐκ Πανὸς κάτοχοι, πανόληπτοι* [10]). Aliquo modo deus cum Dionyso coniungitur, ut ab ipso Artemidoro [11]): *λέγουσι δὲ ἔνιοι ὡς τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις ἐστὶν ἀγαθός.* Daemones quoque recentissimorum Graecorum, quibus similitudo est cum Pane veterum, physiologicos effectus in hominibus et animalibus praestant [12]), ut *ὁ κουτσοδαίμονας, λάβωμα, Πάνιος,* Pannasch Romanorum Transsilvaniam incolentium.

In his deis eos qui morbos sanant deos numerandos esse manifestum est [13]). Ceteros autem deos Aegyptiorum eodem modo quo Serapida percipere possumus; nam Isis cum Sera-

---

1) Breviter talia contulit Rohde, Die Religion der Griechen, 1895, p. 22.

2) Cic. de div. I, 38. 3) Psyche, II p. 68². 4) p. ibid. 356, 2.

5) B. Schmidt, Neugriech. Volksleben, p. 121.

6) ibid. p. 119. 7) Somn. Sc. I 3, 7.

8) II 37, p. 139, 18. 9) Lobeck, Aglaoph., p. 639 sq.

10) Pollux I, 18. 11) p. 139, 16.

12) B. Schmidt l. a. p. 153—157.

13) Iam Rohde non dubitavit, quin deorum facultates furoris excitandi et aegrotis medendi una ex altera derivanda esset; Psyche, II p. 29⁴. Certe enim quamquam non de ea egit veram cognitionem huius λόγου φυσικοῦ intellexit, qui et furoris excitandi et divinationem ex furore movendi et homines sanandi facultates in se comprehendit.

pide coniungitur apud Aristidem et ipse hominibus medebatur[14]); omnes autem illos deos cum Aesculapio quodammodo cohaerere intellegitur ex Aristidis or. XIV (Ῥώμης ἐγκώμ.), Dind. I, p. 318: *αἱ δ' Ἀσκληπιοῦ χάριτες καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν νῦν πλεῖστον εἰς ἀνθρώπους ἐπιδεδώκασιν.*

Artemidorus semper *ἱστορικὸν* sive *μυθικὸν λόγον* sequitur; utrumque in omnibus somniis, quibus deos aliquis videt; illum cum ad plantas sive animalia per somnium visa fabulas quae de eis narrantur affert, hunc cum affert, quorum quaeque planta et quodque animal deorum sacra fuerint. Et loco supra commemorato ipse hanc interpretationis viam esse sequendam profitetur.

Itaque ei ad somnia, quibus Aesculapius et Serapis videntur, interpretanda paucae et certae leges sufficiunt, quae inveniuntur II 37 et II 39. In somniis autem a Serapide et Aesculapio missis, quae incubantes vident, interpretandis hae leges sufficere non possunt. Si deus ipse somnia mittit, coniunctio physiologica inter deum et somniantem efficitur.

Nunc somnia singula quae apud Artemidorum inveniuntur perlustranda sunt; atque ea, ad quae explicanda *μυθικὸς λόγος* suffecerit unde desumpta sint decernere non poterimus; ea autem, ad quae *φυσικὸς λόγος* adhibendus fuerit, illis libris de quibus hoc capite egimus erunt attribuenda.

Atque sunt tria somnia quae ex Artemidori ratione interpretanda esse videntur: 1) V, 66[1]): *ἔδοξέ τις λέγειν αὐτῷ τινα, 'θῦσον τῷ Ἀσκληπιῷ'. τῇ ὑστεραίᾳ μεγάλῃ συμφορᾷ ἐχρήσατο. κατηνέχθη γὰρ ἀπὸ ὀχήματος περιστρεφθέντος καὶ συνετρίβη τὴν χεῖρα τὴν δεξιάν.* hoc somnio calamitas talis praenuntiatur; nam si bonae valetudinis homini res est cum Aesculapio necesse est eum aegrotum fieri. 2) V, 13[2]): *ἔδοξε παῖς παλαιστὴς περὶ τῆς ἐγκρίσεως πεφροντικὼς τὸν Ἀσκληπιὸν κριτὴν εἶναι καὶ παροδεύων ἅμα τοῖς ἄλλοις παισὶν ἐν παρεξαγωγῇ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐκκεκρίσθαι. καὶ δὴ πρὸ τοῦ ἀγῶνος ἀπέθανεν.* Recte. Nam si hic deus, qui de morte et vita hominum iudicat, aliquem excludit, vita excludit. 3) V, 26[3]): *ἔδοξέ τις τοῦ Σαράπιδος τὸ ὄνομα*

---

1) conf. s. § 7.
2) p. 266, 21.
3) p. 256, 20.
4) p. 258, 20.

ἐγγεγραμμένον λεπίδι χαλκῇ περὶ τον τράχηλον δεδέσθαι ὥσπερ σκυτίδα. συνάγχῃ ληφθεὶς ἑπτὰ ἡμέραις ἀπέθανε. καὶ γὰρ χθόνιος ὁ θεὸς εἶναι νενόμισται καὶ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον τῷ Πλούτωνι, id est λόγον μυθικόν. Ei qui Serapidem implorat, ut sibi medeatur, nomen Serapidis nocere non posse manifestum est.

Haec tria somnia nunciam illis somniorum coniectoribus, de quibus sermo est, attribuere non poterimus. Sed insunt in libro Artemidori haec somnia, quae ad eos revocanda esse verisimile est: V, 89 [1]). ἔδοξέ τις νοσῶν τὸν στόμαχον καὶ συνταγῆς δεόμενος παρὰ τοῦ Ἀσκληπιοῦ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ εἰσιέναι, καὶ τὸν θεὸν ἐκτείναντα τῆς δεξιᾶς ἑαυτοῦ χειρὸς τοὺς δακτύλους παρέχειν αὐτῷ ἐσθίειν. φοίνικας πέντε ἐσθίων ἐθεραπεύθη· καὶ γὰρ αἱ τοῦ φοίνικος βάλανοι αἱ σπουδαῖαι δάκτυλοι καλοῦνται. V, 61 [2]): ἔδοξέ τις ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ξίφει πληγεὶς εἰς τὴν γαστέρα ἀποθανεῖν. οὗτος ἀπόστημα γενόμενον κατὰ τῆς γαστρὸς ἰάσατο τομῇ χρησάμενος. Hic pronuntiatur, quod antea in templis factum est. V, 9 [3]): ηὔξατό τις τῷ Ἀσκληπιῷ, εἰ διὰ τοῦ ἔτους ἄνοσος ἔλθοι, θύσειν αὐτῷ ἀλεκτρυόνα· ἔπειτα διαλιπὼν ἡμέραν ηὔξατο πάλιν τῷ Ἀσκληπιῷ, εἰ μὴ ὀφθαλμιάσειεν, ἕτερον ἀλεκτρυόνα θύσειν. καὶ δὴ εἰς νύκτα ἔδοξε λέγειν αὐτῷ τὸν Ἀσκληπιὸν 'εἷς μοι ἀλεκτρυὼν ἀρκεῖ'. ἄνοσος μὲν οὖν ἔμεινεν, ὠφθαλμίασε δὲ ἰσχυρῶς. Hoc quoque loco a deo ipso somnium imploranti missum esse apparet. IV, 80 [4]): Menecrates grammaticus somnium, quod onirocritae interpretari non possunt, ut Serapis ipse interpretetur petit, qui per somnium visus petenti obsequitur. V, 92. 93. 94 [5]): Haec somnia a Serapide ipso implorantibus mittuntur. Tamen interpretatur Artemidorus homines ideo esse mortuos, quod Serapis in deis inferis numeratur. Hoc ineptissimum esse per se apparet; nam nemo deum implorabit, qui, si se somnianti ostendit, mortem praenuntiet. Itaque Riessii [6]) sententiam sequemur, qui multis exemplis demonstravit Artemidorum saepe, cum somnia eorumque eventus enarraret, falsis interpretandi rationibus usum esse [7]). Somnia autem haec tria libris, de quibus

1) p. 272, 19.
2) p. 265, 16.
3) p. 255, 24.
4) p. 248, 20.
5) p. 272, 30 — 273, 11.
6) Rh. M. 49, p. 170 sq.
7) cf. s. p. 12, 39.

sermo est, attribuenda esse videntur: nam exhibentur somnia a Serapide ipso missa.

Adserenda esse videntur duo somnia IV, 22 allata, quamquam nomina deorum qui miserunt non indicantur: 1) p. 215, 5: *γυνὴ ἔδοξε περὶ μαζὸν ἔχουσα φλεγμονὴν ὑπὸ προβάτου θηλάζεσθαι. ἀρνόγλωσσον καταπλασαμένη ἰάθη.* Maxima apparet similitudo cum illis *συνταγαῖς* p. 33 allatis. 2) p. 215, 10: *Φρόντων ὁ ἀρθριτικὸς θεραπείαν αἰτήσας ἔδοξεν ἐν τοῖς προαστείοις περιπατεῖν. προπόλει χρισάμενος παρηγορήθη* [1].

IV. De Alexandro Myndio.

In eis libri partibus, quibus Artemidorus de animalibus (II, 11—22; III, 5. 11. 12. 18. 64. 65; IV, 56) et de plantis (I, 67. 68. 73. 77; II, 25; III, 50; IV, 57; IV, 11) agit, omnia tam diligenter docteque tractat, ut unde omnia haec hauserit miremur. Auctorem virum rerum naturalium peritissimum fuisse nemo erit qui neget. Itaque facile cogitabimus de Alexandro Myndio [2], quem librum onirocriticum scripsisse E. Oder [3] censuit nullis aliis argumentis usus nisi quod apud Artemidorum ter (p. 62, 15; p. 93, 26; p. 157, 14) nomen eius affertur.

Sed primum nusquam alias Alexandrum somniorum interpretem fuisse legimus, ne apud Tertullianum quidem, qui [4] omnes clariores onirocritas attulit praeter Artemidorum, quem cur omiserit causam verisimillimam attulit Krauss [5]. Haec autem causa in Alexandrum non quadrat. Deinde nunquam ab Artemidoro ipso Alexander *ὀνειροκρίτης* nominatur, quo nomine alios somniorum interpretes saepe ornat. Tum miramur quod Alexandrum quaestionem nunquam ad finem perduxisse Artemidorus memorat, quod alii interpretes vix fecerunt, quippe qui falsa pronuntiare quam rerum minus periti videri

---

1) In verbis scribendis sequor Hercherum, Lectiones Artemidoreae, Rh. M. XVII, p. 416.

2) de quo disseruit in universum Wellmann, Hermes XXVI, p. 481—566.

3) Rh. M. XLV, p. 637 sq. 4) de an. XXI.

5) in praefat. versionis Germ. p. VII.

mallent. Eodem iure quo Oder Alexandrum Reichardt[1]) Nicandrum in hunc scriptorum ordinem inseruit; sed hunc facile refutamus, cum Nicandri *θηριακά* unde locus desumptus est adhuc exstent; illius opinionem reicere difficilius est, quamquam argumenta ipsa firmiora non sunt. Nos autem vidimus Artemidorum ad libros quoque qui non de somniis interpretandis egerunt rediisse[2]). Itaque Alexandri libros, qui ab Artemidoro ad disputationem explendam adhibiti sunt, onirocriticos fuisse pro certo affirmari non posse opinor.

§ 9. Pars artis onirocriticae ex Aristotelis et Aristotelicorum libris *περὶ ζῴων* pendere potuit, simili modo ac physiognomica, quae item *μαντεία* nominatur[3]). Utraque disciplina partem materiae ex operibus zoologicis hausit, sed differunt eo, quod ad res diversas exquirendas adhibent. Eadem fere differentia est, quae inter doctrinas ex astrologia ortas, de quibus verba facit Cicero[4]): *quibus etiam Diogenes Stoicus concedit aliquid, ut praedicere possint dumtaxat quali quisque natura et ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit. Caetera quae profitebantur, negat ullo modo sciri posse.* Videmus a certa inquirendi ratione progressos Artemidorum et eos quibus Diogenes repugnat fata, physiognomicos et Diogenem quae natura et indoles futurae sint statuere.

Nunc antequam ad eos quibus de animalibus agitur locos pertractandos transeam, pauca de Alexandri Myndii libris *περὶ ζῴων* praemittenda videntur. Duo libri inscripti erant *περὶ πτηνῶν*[5]), quorum alter secundus[6]), alter tertius[7]) totius operis erat. Duo libri erant *περὶ κτηνῶν*[8]), quam inscriptionem Wellmann iniuria in *περὶ πτηνῶν* mutandam esse dicit[9]); nam et nonnulla apud Aelianum exempla exstant, quae ad aves non pertinere Wellmann ipse animadvertit, et id animal, quod Frg. 6 commemoratur, *γοργών, προβάτῳ ἀγρίῳ ὅμοιον, ὡς δ' ἔνιοί φασι μόσχῳ*, in libris *περὶ κτηνῶν* aptissime locum ob-

1) De Artemidoro, p. 132. 2) cf. s. Cap. II, § 5.
3) Adamant. I, 2 Foerster, Physiogn. Gr. I, p. 299.
4) de div. II, 42, 90. 5) Frg. 8. 21 (Wellmann).
6) Frg. 15. 7) Frg. 25. 8) Frg. 6.
9) secutus J. Schoenemann, de lexicographis antiquis, Hann. 1886, p. 45 adn.

tinet. Inspicienti Aristophanis Byzantii epit. I, 14. 15[1]: *μώνυχα δέ ἐστιν καὶ ἵππος καὶ ὄνος ὀρεὺς καὶ εἴτι ἄλλο· τούτους δὲ συμβέβηκε καὶ λοφούρους κεκλῆσθαι. δίχηλος δέ ἐστιν κάμηλος ἔλαφος σῦς βοῦς δόρκων καὶ εἴ τι ἄλλο· οἷς καὶ συμβέβηκεν ἐν τοῖς ὀπισθίοις ποσὶν ἀστραγάλους ἔχειν* — manifestum fit *μώνυχα καὶ δίχηλα* omnia fere esse *κτήνη*; ideoque libros duos ab animalibus domesticis, de quibus inprimis sermo erat, nomen accepisse apparet.

Cum igitur duo libri fuerint *περὶ πτηνῶν*, qui alterum et tertium totius seriei locum tenebant, et duo libri *περὶ κτηνῶν*, iam intellegimus hos posteriore loco positos fuisse quam illos. Ordo erat contrarius Aristophaneo, de quo haec exstant[2]: *Ἐπεὶ οὖν ἃ μὲν τῶν ζῴων ζῳοτοκεῖ, ἃ δὲ ᾠοτοκεῖ, ἃ δὲ σκωληκοτοκεῖ, πειράσομαι μέν, ἐν τούτῳ περὶ μόνων τῶν ζῳοτοκούντων τὸν λόγον ποιήσασθαι, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν πολυσχιδῶν, ἐχομένως δὲ περὶ τῶν διχήλων, εἶτα περὶ τῶν μωνύχων, ἐπὶ πᾶσι δὲ δηλώσω καὶ περὶ τῶν σελαχωδῶν λεγομένων ἰχθύων, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ δοκοῦσι ζῳοτοκεῖν, ἀλλ' οὐκ ᾠοτοκεῖν. ἐν δὲ ταῖς ἐχομέναις ταύτῃ δυσὶ συντάξεσι περὶ τῶν ᾠοτοκούντων ὁμοιειδῶς τούτοις τὸν λόγον ποιήσομαι, τὴν ἀρχὴν λαβὼν ἀπὸ τῶν ἐνύδρων, τὸ δὲ περὶ τῶν σκληροτοκούντων εἶδος ὡς λεπτὸν καὶ ἀσθενὲς καὶ οὐκ ἄξιον ἱστορίας παραιτήσομαι.* Aristophanes igitur aves postremo loco tractavit, paenultimi libri partem *ἐνύδροις*, piscibus, tribuens. Primus liber[3]) argumentum generalius habuit: egit scriptor de definitionibus et divisionibus, de victu et generatione talibusque rebus aliis[4]).

Nunc inscriptiones quas fuisse censeo Alexandri libro eiusque partibus tabella describo:

περὶ ζῴων.

α΄.		
β΄.		περὶ πτηνῶν α΄
γ΄.		περὶ πτηνῶν β΄
δ΄.	περὶ ἰχθύων ᾠοτοκούντων	
ε΄.	περὶ σελαχῶν	
ϛ΄.	περὶ μωνύχων	περὶ κτηνῶν α΄

1) ed. Sp. Lambros, Suppl. Aristotel., I, p. 3, 13.
2) Epit. I, p. 36, 6.
3) Lambros, praef. p. 8.
4) Val. Rose, Aristot. pseudepigr., p. 283.

ζ'. περὶ διχήλων　　　　περὶ κτηνῶν β'
η'. περὶ πολυσχιδῶν

Ordinem libri revera talem fuisse iam inde cognoscitur, quod frg. 6, quo δίχηλον animal describitur, nunc recte in alterum περὶ κτηνῶν librum inseritur. — Ἔντομα quae vocantur in altero libro locum tenere potuerunt, ad quod conferas Artem. II, 21 [1]: ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ ἔντομα τῶν ζῴων ἵπταται, καὶ αὐτὰ ἐν τῷ περὶ ὀρνίθων λόγῳ κατατάξω. Ὄρτυξ quae altero totius libro affertur est Ortygion coturnix [2]; τέτραξ tertii libri certe determinari nequit [3]; πορφυρίων [4] et ἐρωδιός [5] sunt inter σχιζόποδα referenda, quae animalia ad aquam et in paludibus degunt. Unde licet concludere, in fine tertii libri Alexandrum, cum de avibus et ad aquam et in aqua morantibus dissereret, ad pisces transiisse. Cui generi animalium iure mihi videor duos libros adiudicavisse, cum ᾠοτοκοῦντα et ζῳοτοκοῦντα vix uno libro comprehendi potuerint. Videmus ordinem certissimo consilio institutum esse, ut ab humilioribus animalibus usque ad πολυσχιδῆ, inter quos homo est [6], ducamur.

Quae indoles operis fuerit, Wellmann, qui doctissime et sagacissime de Alexandro egit, breviter expressit [7]: [Die unter Alexanders Namen erhaltenen Fragmente] 'beweisen, daß er Compilator gewesen ist, daß Schriftsteller wie Aristoteles, Theophrast, Antigonos, Herodot, Sostratos, Istros, Agatharchidas, Theopomp von ihm benutzt worden sind, daß er mythologische Notizen berücksichtigte und daß sein Werk teils naturwissenschaftlich beschreibend, teils paradoxographisch gewesen ist', quod iudicium rectissimum esse ei, qui Wellmanni disputationem inspexerit, statim apparebit.

Iam transeo ad eos Artemidori locos, qui quin ex Alexandri historia animalium fluxerint dubitari vix potest, planius tractandos.

1) Art. II, 66 [8]: φασὶ γὰρ τὸ ζῷον θάνατόν τε σημαίνειν

1) p. 114, 23.
2) Aubert-Wimmer, Aristoteles' Thierkunde I, p. 103.
3) ibid. p. 109.
4) Wellmann p. 484.
5) Aubert-Wimmer p. 81.
6) Aristophanis Epit. I 16, p. 4, 1.
7) p. 505.
8) p. 157, 12.

ἀώρων σωμάτων καὶ πένθος καὶ λύπην μεγάλην. ἀπὸ τοιούτων γὰρ κακῶν τὴν ὄρνιν ταύτην λόγος ἔχει γενέσθαι. φησὶ γὰρ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος δεῖν ταῖς ἱστορίαις πείθεσθαι καὶ Διονύσιος ὁ Ἡλιουπολίτης. Non est cur hunc locum ad librum Alexandri onirocriticum referamus, si Wellmanni iudicium supra allatum respicimus [1]). Alexander non de hirundine in somnio visa, sed de hirundinis significatione in universum disseruisse videtur; cf. Ael. nat. hist. X, 34. Artemidorus legem Cap. II, § 5 tractatam secutus ea ad somnia interpretanda transtulit. Sin autem hoc concedimus iam non necesse est putare Dionysium somniorum interpretem fuisse, de quo nihil notum est. Nam Wolff, qui verbis in *Διονύσιὸς ὁ Ἡλίου προφήτης* mutatis hunc Dionysium eundem esse vult ac Dionysium Musonii filium, nemini persuasit [2]). Alexandrum eo loco quem Aelianus secutus est eandem fere significationem hirundinis esse ostendisse, quamquam exempla hoc per se non probant, demonstratur extremis capitis verbis: *τιμᾶται δὲ ἡ χελιδὼν θεοῖς μυχίοις καὶ Ἀφροδίτῃ, μυχίᾳ* [3]) *μέντοι*

1) cf. etiam quae Wellmann exponit p. 489 sq.

2) Porph. de or. p. 61. Suidas s. v. Contra Oder in Susemihl, Litt. d. Alex. p. 871. — Liceat mihi meam de hoc Dionysio coniecturam proferre. Videtur mihi aut scriptor rerum fuisse, qui unum sive alterum exemplum Alexandro praebuit, aut homo qui in Alexandri narratione partes quasdam maioris momenti egit: utrum verum sit, vix poterit demonstrari. Aspice quaeso Aeliani secundum exemplum, quod est de Antiocho. Verba ἑαυτὸν κατά τινος ἔωσε κρημνοῦ ad nullum Antiochum referri possunt. Itaque hoc mittamus et contenti simus statuere sermonem esse de Antiocho quodam rege, qui ex Media revertens mortem minus usitatam obiit, quod contra fas aliquid egerat. Haec optime quadrant in Antiochum IV. Euergetem, qui e Media revertens Tabis repentina morte vita ereptus est, quod, ut Polybius XXXI, 11 narrat, templum in Elymaide situm, ut Iosephus ant. XII 9, 1 templum Iehovae diripuerat; de morte eius rumores varii circumferebantur; cf. Schuerer, Gesch. d. jüd. Volkes I, p. 165; Gutschmid, Gesch. Irans, p. 40. Antiochus autem familiarissime usus est Dionysio quodam, qui regis ἐπιστολιαγραφεύς ab Athenaeo V, 195 b vocatur. Heliopolitam fuisse Syrum natione facile credere possumus. Huius nomen ex altera causa supra allata in Alexandri narrationem illatum est.

3) Inscriptio Gyari reperta (Bull. de corresp. hellén. I (1877) p. 387):

[ΑΦ]ΡΟΔΕΙΤΗΙ

[Μ]ΥΧΙΑΙ ∴

Ἀφροδίτην μυχίαν nominatam esse quod θάλαμος eius sacer sit —

καὶ ταύτῃ. 2) Secundus Artemidori locus, quem certissime huic Alexandri libro attribuere possumus, exstat in II, 14[1]: *τρίγλη . . . τρὶς γὰρ κύει. ὅθεν αὐτῇ καὶ τοὔνομα εἰκότως φασὶ κεῖσθαι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζῴων καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην ὑπομνήμασιν.* Quam rem eo minus in libro quodam onirocritico exstitisse putare cogimur, quod etiam apud Aristotelem et Aristophanem in libris animalia describentibus commemorata erat. Atque animadvertendum est utrumque locum in continuo animalium ordine legi; nam quamquam de hirundine alio loco agitur, tamen Artemidorus ipse testatur se hoc caput e proprio loco demovisse[2]. Iam vero cum constare videatur Artemidorum in significationibus animalium statuendis Alexandri libro usum esse, nostrum est quaerere, num vestigia eorum quae Alexandri propria sunt in Artemidoro insint.

Alexandrum quippe qui *μυθικά* scripserit adnotationes mythologicas descriptionibus animalium adiecisse Wellmann demonstravit. Ad talia respicit Artemidorus: II, 12[3]: [*ὄνοι*] *ἀγαθοὶ διὰ τὴν περὶ αὐτοὺς ἱστορίαν*; II, 12[4]: *ἄρκτος γυναῖκα σημαίνει (φασὶ γὰρ ἐκ Καλλιστοῦς τῆς Ἀρκαδικῆς μεταβαλεῖν τὸ ζῷον οἱ περὶ μεταμορφώσεων μυθολογήσαντες)*; II, 66: *χελιδὼν* cf. quae supra exposui; III, 49[5]: *τέττιγες ἄνδρας σημαίνουσι μουσικοὺς διὰ τὴν περὶ αὐτοὺς ἱστορίαν.* Talium autem *μεταμορφώσεων*, quales his locis commemorantur, inprimis Alexander mentionem fecit. Tum Alexander semper quorum quodque animal deorum sacrum esset adnotavit[6]. Talia insunt Arte-

---

ut Rohde, Psyche, [2]I, 135, 1 voluit — iam eo statuere prohibemur, quod cum θεοῖς μυχίοις, quibus cum thalamo nulla est coniunctio, una affertur. Deae cum his deis (cf. Psyche [2]I, 111 sq.) affinitatem aliquam fuisse eo intellegitur, quod saepe in antris et specluncis colebatur, ad Hymettum, Naupacti, in Ζηρίνθῳ ἄντρῳ, Samothracae, Mitylenae, Paphi; Phanagoriae, Tyri; cf. Pauly-Wissowa s. v. Aphrodite. Paphi sepulcrum deae erat, de quo conferas Rohde l. s. s. Ἀφροδίτη τυμβώρυχος a Clemente Alexandrino Protr. II 38 laudata huc asserenda videtur. Leto autem μυχία nominatur non a thalamo, sed a μυχῷ illo, a quo Euseb. Praep. ev. III 1, 3 nomen eam accepisse censet, ut videtur iure.

1) p. 108, 9. 2) p. 114, 16; 157, 10.
3) p. 101, 12. 4) p. 103, 1.
5) p. 187, 14. 6) Wellmann p. 187, 14.

midori his locis: II, 12 [1]): τῷ γὰρ ἡδίστῳ ἀνάκεινται [οἱ ὄνοι] δαίμονι Σειληνῷ. II, 12 [2]): ταχὺ τὸ ζῷον [ὁ κριὸς] καὶ Ἑρμοῖ νενόμισται ὄχημα εἶναι. II, 12 [3]): καὶ γάρ φασι τὸ ζῷον [τὸν ἐλέφαντα] ἀνακεῖσθαι τῷ Πλούτωνι. II, 12 [4]): ἀνάκειται γὰρ [ὁ κυνοκέφαλος] τῇ Σελήνῃ. II, 12 [5]): . . . καὶ θεοὺς πάντας, οἷς ἐστὶν ἱερὸς [ὁ δράκων]. εἰσὶ δὲ οἵδε Ζεὺς Σαβάζιος Ἥλιος Δημήτηρ καὶ Κόρη Ἑκάτη Ἀσκληπιὸς Ἥρωες. II, 20 [6]): σημαίνουσι δὲ αἱ περιστεραὶ καὶ τὴν ἐν τοῖς πρασσομένοις ἐπαφροδισίαν διὰ τὸ ἀνάκεισθαι τῇ Ἀφροδίτῃ. Quanti autem hanc cognitionem Artemidorus putaverit, intellegitur ex IV, 56 [7]): ὅσα τῶν ζῴων θεοῖς τισὶν ἀνάκειται, τοὺς θεοὺς αὐτοὺς ἐκείνους σημαίνει. Addo παράδοξα quae Alexandri doctrinam redolent. II, 12 [8]): Λύκος ἐνιαυτὸν σημαίνει διὰ τὸ ὄνομα· λυκάβαντας γὰρ οἱ ποιηταὶ τοὺς ἐνιαυτοὺς καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ περὶ τὰ ζῷα ταῦτα συμβεβηκότος· ἀεὶ γὰρ ἑπόμενα ἀλλήλοις ἐν τάξει δίεισι ποταμόν, ὥσπερ οἱ τοῦ ἔτους ὧραι ἑπόμεναι ἀλλήλαις τελοῦσι τὸν ἐνιαυτόν. Hanc de lupis fabulam desumptam esse ex Alexandri historia animalium comprobat Aeliani nat. hist. III, 6. II, 20 [9]): μάλιστα δὲ πρὸς παιδοποιίαν ἐπιτήδειος ὁ πελαργὸς διὰ τὴν γενομένην ὑπὸ τῶν ἐκγόνων τοῖς γονεῦσιν ἐπικουρίαν. Haec enarravit Alexander, ut testatur Ael. n. h. III, 23 (= Wellmann Frg. 11). II, 20 [10]): νοσοῦσι δὲ ὁρώμενος μὲν σωτηρίαν μαντεύεται [κύκνος], φθεγγόμενος δὲ ὄλεθρον· οὐ γὰρ πρότερον φθέγγεται εἰ μὴ πρὸς τῷ ἀποθνήσκειν ᾖ. Hanc quoque fabulam in Alexandri libro exstitisse testatur Athenaeus IX, 393 a (= Wellmann, Frg. 17) neque inde eam desumptam esse refutatur eo quod veram esse negavit. His addam Art. II, 14 [11]) = Ael. XI, 37 = Aristophan. ep. I, 4, p. 2, 5.

Artemidori IV 56 quicumque inspiciet videbit hoc loco scriptorem mirabiliter physiognomicorum in morem disserere, cum animalium naturam cum humana confert. Quod primum certa ratione fecit Aristoteles [12]); nam qui antea nonnulla

1) p. 101, 11.
2) p. 100, 17.
3) p. 103, 16.
4) p. 104, 16.
5) p. 106, 8.
6) p. 113, 25.
7) p. 236, 1.
8) p. 104, 3.
9) p. 114, 9.
10) p. 114, 13.
11) p. 108, 15.
12) Foerster, Physiogn. II, p. 237 sq.

physiognomicae doctrinae vestigia exhibent scriptores animalia non curaverunt. Itaque quae talia loco allato maxime et alias passim occurrunt, iam per se ad scriptores, qui ex Aristotele hauserunt, referenda sunt. De animalium moribus atque indole cum permulta apud posteriores physiognomicos exstent [1]), ex Aristophanis libro admodum pauca servata sunt, quibus ordine instituto de his rebus disseritur, I 25—26. Antecedentes §§ 2—22 cum Aeliani XI 37 conferenti miram inter ea consensionem esse apparet. Sed Aelianum sua ex Alexandri opere hausisse Wellmann certissime demonstravit. Sin autem Alexander in primo libro vestigia Aristophanis quamquam nonnullis rebus correctis et adiectis tam arte pressit, consentaneum est sequentia quoque ab eo in suum opus translata esse. §§ 25 et 26 argumentum in epitoma brevissimum est, quod non prohibet ne in Alexandri opere largissime et locupletissime exornatum fuisse putemus. Nam illa series definitionum ad ea quae Alexander inprimis adicere solebat inserenda minime apta erat; eo magis erant quae §§ 25 et 26 Aristophanis perhibebantur. Itaque cum totum fundamentum animalium significationes tractandi ab Artemidoro ex Alexandro desumptum esse viderimus, non dubium esse videtur, quin hae de quibus sermo fit res in Alexandri opere atque in primo libro exstiterint.

Nam has res quas tractavimus ex onirocritico libro haustas esse vix iam erit qui contendat; nisi putat omnia verbum de verbo ab Artemidoro expressa esse.

§ 10. Nunc accedamus ad eos locos quibus Artemidorus fusius de plantis egit. Verisimile est eum opus quoddam *περὶ φυτῶν* adhibuisse. Alexander talem librum scripsisse videtur; nam exstant duo fragmenta, quae ad alterius argumenti librum referri vix possunt [3]). Qualis indoles fuerit, traditum non est; sed concludere possumus similem speciem ac libros *περὶ ζῴων* prae se tulisse. Cum Alexandri nomen in hac operis parte ab Artemidoro afferatur, inquirendum est num Alexander hic quoque Artemidori auctor fuerit.

---

1) Polem. de phys. cap. II, Foerster I, 170—190. Anonym. de phys. 118 sq. F. II, 137—144 et passim.

2) p. 543.

3) Wellmann p. 555.

I, 67 [1]): κρόμμυα δὲ καὶ σκόροδα ἐσθίειν μὲν πονηρόν, ἔχειν δὲ ἀγαθόν. μόνοις δὲ τοῖς νοσοῦσι διαφόρως τὰ κρόμμυα ἀποβαίνει. καὶ περὶ αὐτῶν Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος ἰσχυρῶς ἀπορήσας τὸ τέλος οὐ κατείληφε. De scilla [2]) cepae simili planta agens Artemidorus vim eius medicinam respicit. Cepa quoque veteres medicamento usi sunt [3]). Alexander, quippe qui non omnia quae legerat crederet [4]), de hac vi ἠπόρει, ut solet [5]), qua de causa Artemidorus eius sententia deiecta aliam quam ipse invenit adhibuit. De libro onirocritico minime est cogitandum.

Illud quoque fragmentum Alexandri, quod Athenaeus II, 57 b servavit, cum Artemidoro consentire demonstrari potest. Verba sunt haec: Μνησίθεος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ ἐδεστῶν ὀστρακίδας καλεῖ τῶν κώνων τοὺς πορῆνας, ἔτι δὲ κώνους. Διοκλῆς δ' ὁ Καρύστιος πιτύινα κάρυα. ὁ δὲ Μύνδιος Ἀλέξανδρος πιτυνους κώνους. Θεόφραστος δὲ τὸ μὲν δένδρον πεύκην ὀνομάζει, τὸν δὲ καρπὸν κῶνον. Quod de Theophrasto adnotat Athenaeus, minus accurate dictum est. Theophr. hist. plant. III 9, 5: ἡ δὲ πίτυς δοκεῖ φέρειν τῷ λιπαροτέρα τε εἶναι καὶ λεπτοφυλλοτέρα καὶ τὸ μέγεθος ἐλάττων καὶ ἧττον ὀρθοφυής· ἔτι δὲ τὸν κῶνον ἐλάττω φέρειν καὶ πεφρικότα μᾶλλον καὶ τὸ κάρυον πιττωδέστερον. Ἐλάτης quoque arboris fructus κῶνοι nominantur hist. plant. III, 9, 6. De caus. plant. I, 19, 1: οἱ (sc. καρποὶ) τῆς πιττώδους πεύκης καὶ ὅλως τῶν κωνοφόρων. Contra hist. pl. II, 2, 6: πεύκη ἡ κωνοφόρος καὶ πίτυς ἡ φθειροφόρος Videmus igitur hac voce Theophrastum promiscue uti. Galenus [6]) de hac voce haec exhibet: οὓς νῦν ἅπαντες Ἕλληνες ὀνομάζουσιν στροβίλους τὸ πάλαι ἐκαλοῦντο κῶνοι. Στρόβιλοι fructus πεύκης nominantur a Theophrasto hist. pl. III, 5, 6; III, 9, 8 [7]). Theophrastus igitur inter κῶνον et στρόβιλον non satis distinxit, quod Alexandrum fecisse Athenaei locus allatus demonstrat. Itaque Alexander id egisse videtur, ut nomina singularum plantarum certa constitueret, quod item apparet ex Etym. Magno s. v. ἀμαμαξύς:

---

1) p. 62, 13. 2) p. 187, 20.
3) Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere [6], p. 197.
4) Frg. 17. 5) Frg. 25. 6) XIII, p. 10 Kühn.
7) De harum vocum significationibus fusius egerunt Lobeck, Phrynichus p. 396. 397. Hehn p. 292.

Μεθόδιος. ἔστιν οὖν ἀμπέλου τι γένος· οἱ δὲ τὴν ἑσπέριον σταφυλήν. Ἀλέξανδρος τὴν ἀβούβαστον λέγει. — Legimus autem Art. p. 119, 12 *πίτυς καὶ στρόβιλος*, quod item est ac *πίτυς καὶ πεύκη*; hoc ex Alexandri sententia dictum est, nam is qui *πίτυος* fructum *κῶνον* appellavit, *πεύκης στρόβιλον* vocare debuit, quae vox tum pro tota arbore usurpatur. Si cogitamus hunc locum solum totius graecitatis esse, quo *πίτυς* et *στρόβιλος* tam distincte una commemorantur, hanc appellationem ex Alexandri opere fluxisse concedendum est, praesertim cum idem opus adhibitum esse iam viderimus.

Nunc est inquirendum, num Alexandri ingenii vestigia in Artemidori libro reperiantur. Sed cum Alexander de plantis minus copiose egisse videatur, pauciora inesse consentaneum est. Itaque *παράδοξα* plane desunt, saepissime autem res mythologicae occurrunt. I, 73 [1]): *μῆλα* Veneris sacra. — *ῥοαί* [2]). *διὰ τὸν ἐν Ἐλευσῖνι λόγον.* — I, 77 [3]): *νάρκισσοι* malae sunt significationis, maxime eis, quibus res cum aqua est. Apparet haec ad Narcissi historiam spectare. — *ἴα* [4]); *ῥόδα* [5]) (de quibus postea agetur). — *ἀμάραντος* [6])· *νεκροῖς ἢ θεοῖς ἀνατίθενται* (sc. *στέφανοι*). *κρίνα* [7])· *εἰς ἐλπίδας ἀναβάλλουσι τὰ πράγματα* (sc. *στέφ.*); de his postea. — *μαλάχη* et *ῥοδοδάφνη* [8]). Cur hae plantae *ἀποδημίας* significent, fortasse ex historia quadam adhuc non servata derivandum est. Nisi quod ad *ῥοδοδάφνην* attinet causa ea est, quod ex Ponto in Europam transmigrasse videtur [9]). — *σελίνων* [10]) *στέφανος . . . ἐπιταφίῳ ἀγῶνι ἐπιτήδειος. μυρσίνη* [11]) Cereris et Veneris sacra. — *ἄμπελος* et *κισσός* [12]) Bacchi. — II, 25: *δάφνη* [13])· *διὰ τὴν περὶ τὸ δένδρον ἱστορίαν. διὰ τὸν Ἀπόλλωνα. πίτυς καὶ στρόβιλος* [14]). de his postea. — *λεύκη* [15]) Herculis sacra. — Nonnullas plantas

1) p. 65, 21. 2) p. 66, 12.
3) p. 70, 4. 4) p. 70, 7.
5) p. 70, 12. 6) p. 70, 17.
7) p. 70, 21. 8) p. 70, 25.

9) Plin. XXI, 23, 45. Hehn p. 403. Talia facile in Alexandri opere inesse potuerunt; cf. Art. p. 191, 21 καὶ γὰρ αὐτὴ (sc. ἡ λευκέα) διαπόντιος κομίζεται.

10) p. 71, 1. 11) p. 71, 13.
12) p. 72, 3. 13) p. 119, 5.
14) p. 119, 12. 15) p. 119, 24.

iam adnotavi, quamquam fabula nondum addita est. Sed tota series illustratur, si Geoponicorum librum XI perquirimus. Insunt enim multae res mythologicae et historiae in hoc libro, cuius unus locus cum Artemidoro plane consentit: Art. p. 119, 8 [δάφνη] ἰατροῖς δὲ καὶ μάντεσι πρὸς τὴν τέχνην ἐστὶ ληπτέα διὰ τὸν Ἀπόλλωνα — Geop. XI, 2, § 3[1]: καὶ μαντικῆς ἔκτοτε γέγονε σύμβολον τὸ φυτόν ... § 4. οἱ παλαιοὶ τῷ Ἀπόλλωνι καθιεροῦσι τὴν δάφνην ... § 6· λέγουσι δὲ καὶ τοῦ περὶ τῆς δάφνης, ὅτι ὑγιείας ἐστὶν ἐργαστική. Sed cetera quoque examinemus. Historia de Narcisso Art. I, 77, Geop. XI, 24. Art. I, 77: οἱ δ' ἐκ κρίνων γεγονότες εἰς ἐλπίδας ἀναβάλλουσι τὰ πράγματα. Haec ad Herculis historiam spectant, qui multos demum post labores inter deos receptus est: Geop. XI, 19. — Art. I, 77: ἀμπέλου δὲ καὶ κισσοῦ μόνοις τοῖς περὶ Διόνυσον τεχνίταις συμφέρει. Geop. XI, 29: κιττός, τὸ ἄνθος, νέος ἐτύγχανε πρότερον, χορευτὴς Διονύσου γενόμενος. — Art. I, 77: οἱ δὲ ἐκ τῶν ῥόδων ... πᾶσιν ἀγαθοὶ πλὴν τῶν νοσούντων καὶ τῶν λανθάνειν πειρωμένων. οὓς μὲν γὰρ ἀναιροῦσι διὰ τὸ εὐμάραντον, οὓς δὲ ἐλέγχουσι διὰ τὴν ὀσμήν. Rosa in historia Adonidis et Veneris clandestino amore coniunctorum commemoratur Geop. XI, 17. Ex hac historia significationem fluxisse verisimilius est quam ex Artemidori explicatione, quae quotiens a proprio fundamento recedat demonstravit Riess[2]) — Art. I, 77 de violis disputans tres eorum diversos colores distinguit, qui idem inveniuntur Geop. XI, 22. — Art. I, 77 καὶ ὁ μυρσίνης δὲ τὰ αὐτὰ ταῖς ἐλάαις σημαίνει. Sed cur hoc fiat, non explicatur. Manifestum fit inspicienti Geop. XI, 6: οὐ μὲν τὸν πόθον Ἀθηνᾶς ἀφείλοντο, ἀλλὰ προσμένει τῇ θεῷ προσφιλής, καθάπερ καὶ ἡ ἐλαία, καὶ μεταθεῖσα τὸν βίον ἀντ' ἐλαιῶν τά μύρτα καρποφορεῖ. — Art. II, 25 τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν ἀηδίας καὶ φυγῆς εἰσὶ σημαντικαὶ [πίτυς καὶ στρόβιλος] διὰ τὸ φιλέρημον. Num haec quoque ad tristem historiam Geop. XI, 10 referenda sunt? Tales fabulae quales apud Artemidorum reperimus ad Alexandri morem optime quadrant. Itaque haec capita ex Alexandro fluxisse non est cur negemus.

Sed hic tantus inter Artemidorum et Geoponica consensus

1) Beckhii editionem sequor. 2) Rh. M. 49 p. 170 sq.

mihi dubitationem movet, num Geoponicorum haec capita *ἀδέσποτα*, quibus omnes hae historiae narrantur, a *προγυμνασμάτων* scriptoribus, quibus Gemoll[1]) ea attribuit, abiudicanda et Alexandro ipsi auctori tribuenda sint. Nam solum argumentum, quo Gemoll nititur, et apud Aphthonium ed. Petrh. 26 et Geop. XI, 2, 4 *καὶ γὰρ προσῆκον καὶ τοῦτο* in eiusdem historiae narratione legi, auctoritatem nimiam non habet ideo, quod Aphthonius non totam narrationem exhibet. Itaque uterque eodem auctore usus est, quem alium scriptorem progymnasmaticum fuisse non est cur contendamus; haec dicendi figura a posterioribus sophistis usitata certe apud Alexandrum exstare iam potuit. Unum fontem progymnasmaticis et Geoponicis fuisse iam Rohde[2]) suspicatus est, qui hunc Menandri[3]) locum attulit: *γέγραπται καὶ Νέστορι ποιητῇ καὶ σοφισταῖς μεταμορφώσεις φυτῶν καὶ ὄρεων· τούτοις δὲ τοῖς συγγράμμασιν ἐντυγχάνειν πάνυ λυσιτελεῖ.* Atque haec bene ad Alexandrum spectare possunt; nam demonstratum est, metamorphoses infuisse et in eius libris *περὶ ζῴων* — maxime in duobus libris *περὶ πτηνῶν* — et in opere *περὶ φυτῶν.*

§ 11. Art. II, 9[4]) *πολλὰ δὲ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος καὶ Φοῖβος ὁ Ἀντιοχεὺς περὶ τοῦ δοκεῖν κεραυνοῦσθαι ἀπὸ πείρας τε καὶ ἰδίας ἐννοίας προεξέθεσαν, πλὴν οὐ πάντα ἀκριβῶς ἴσχυσαν εὑρεῖν.* Cur non omnia accurate exponere potuerunt? Phoebus non potuit, quod omnino non artem interpretandi, sed singula somnia protulit. Idem quod de Phoebo etiam de Alexandro statuendum erit. Sed haec in libro Alexandri onirocritico fuisse minime putare cogimur. Etiam in Aeliani var. hist. I, 13 exemplum inest, cum Gelo Syracusanus fulmine se ici somniat; mutilatum est exemplum, quod exitus somnii intercidit; sed facile fieri potest, ut Alexandro debeatur[5]). Si omnia quae de Alexandro dicta sunt repetam, ita constituendum esse censeo: in animalium et plantarum significationi-

1) Gemoll, Untersuch. üb. d. Quellen der Geoponica (Berliner Studien I), p. 26.

2) Griech. Roman p. 344, 2.

3) π. ἐπιδεικτ. p. 393, 3 ed Spengel (Rhet. III).

4) p. 93, 26.

5) cf. Wellmann p. 555 sq.

bus statuendis Artemidorus Alexandri libris *περὶ ζῴων* et *περὶ φυτῶν* usus est. Librum quem affert tertio loco in universum de somniis fuisse demonstrari non potest.

V. Quae Artemidori vestigia insint in huius aetatis libris onirocriticis.

Hercher in praefatione editionis p. VIII ne apud vulgum quidem Artemidori existimationem stabilem fuisse atque versionem Germanicam ultra superioris saeculi initium non propagatam esse dicit. Hanc versionem a. demum 1753 ultimum in lucem prodisse iam Krauss praef. p. VIII adnotavit. Apud vulgum autem Artemidori quamquam nomen oblivione obrutum est, auctoritas etiam hodie floret. Nam non solum ad versiones, sed etiam ad libros huius aetatis onirocriticos spectandum est.

Ea aetate qua Artemidori memoria ad homines rediit libri onirocritici studiose legebantur. Cardanus somniorum Synesiorum libr. IV composuit [1]), qui duobus annis post in vernaculam linguam translati sunt [2]). Achmetis libri onirocritici primum Iohanne Obsopoeo [3]), tum una cum Astrampsychi et Nicephori libellis a Rigaltio [4]) editi sunt; Achmetis opus quarto anno post in Germanicam linguam translatum sub nomine Apomasaris prodiit [5]). Artemidori versio, quae primum edita est a. 1597 [6]), saepe iterabatur et postremae editiones brevi tabula instructae sunt, qua somnia e caeli signis interpretari docetur.

Ab Artemidoro profecti sunt hand pauci scriptores, qui quae ille protulerat paululum commutata et contracta ut sua pronuntiaverunt. Quorum primus est Gualtherus H. Ryff, qui anno 1554 librum onirocriticum iterum edidit [7]). Omnia Artemidori

1) Basil. 1562.

2) Traumbuch Cardani Bas. 1564.

3) Par. 1599. 4) Par. 1603.

5) Traumbuch Apomasaris, Das ist kurtze Auslegung und Bedeutung der Treume. Bas. 1607.

6) Krauss p. XIII.

7) Traumbüchlin, Darinn warhafftig auß Natürlichen vrsachen, auch der alten Philosophen vnd Weissagern der Heyden, langwirigem

sunt ordine servato, prooemiorum et nonnullorum capitum argumenta in brevius contracta. Libro antecedit praefatio atque Melanchthonis dissertatio „Von mancherley Geschlechtern der Träume," quae in versiones omnes, quae mihi innotuerunt, translatae sunt. Francogalli quoque Artemidorum hoc modo in aliam formam redegerunt: Colombière [1]) edidit librum de oraculis, cui de somniis brevem libellum addidit. Ut auctor ipse profitetur, omnia ex alio auctore, i. e. Artemidoro, translata sunt; ordo ita institutus est, ut primum singula somnia atque explicationes enumerentur ordine alphabetico, deinde de quibusdam rebus, ut de igne aere aqua terra frumento animalibus aliis fusius disputetur. Haec capita ad verbum fere ex Artemidoro translata sunt. Huius autem, ut videtur, saeculi libellum inveni, cuius materia tota ex Artemidori versione a. 1721 s. 1753 hausta est [2]).

Accedit magna librorum multitudo, in quibus Artemidorea multa insunt, quamquam non omnia ex eo fluxerunt. Nonnullos afferam atque exempla addam pauca quidem, sed ex quibus ea quae dixi satis demonstrentur.

I. Traumbüchlein, Wie man nächtlicher Gesichten, Fürbildungen und Träumen, Bedeutungen, erkennen und lernen mag, auß alten und neuen künstlichen Traumbüchern fleißiglich in die kürtze gezogen und gestellt. A. 1591 (Norembergiae). Post praefationem somnia ordine alphabetico enumerantur. Ohren viel haben / Reich und Arm gut / Dienstboten böß; Ohren raumen / gut Botschaft; Ohren / umb die geschlagen werden / Böß; Ohren / darinnen Ameisen oder Würmer haben /

---

brauch vñ fleissiger nachtrachtung, erklärt vnd ausgelegt werden, alle Träum, Erscheinungen vnd Nächtlichen Gesicht. Alles durch M. Gualtherum H. Ryff in Truck verordnet. Straßburg 1554.

1) Les nouveaux oracles divertissants . . . . ensemble l'explication des songes et visions nocturnes, traduit par le Sieur W. de Colombière et mis nouvellement dans un meilleur ordre. Par., Brux. 1696.

2) Ganz neues und berichtigtes Traumbuch, in welchem die meisten Arten Träume mit ihren natürlichen Ursachen nach dem ABC aufgeführt sind. Nebst einem Anhang, worin die gewöhnlichsten Träume nach dem Lauf des Mondes durch die 12 Himmelszeichen ausgelegt sind. Auch als Traumspiel zu gebrauchen. Neu gedrückt s. l. et a. Appendix eadem est quae in vers. 1721 et 1753.

Todt; Ohren / dariñ Korn oder Waitzen wachsen / Gut; Ohren wie ein Esel haben / Dienstbarkeit; Ohren wie ein Wolff haben / Großer Aufsatz = Artem. I, 24; Mist / Krankheit; Mist von Kühen / Gut. cf. Art. p. 120, 16.

II. Anleitung zu denen curiösen Wissenschafften, nehmlich der Physiognomia, Chiromantia, Astrologia, Geomantia, Oniromantia, Onomantia, Teratoskopia, Sympathia und Antipathia. Aufs neue übersehen und mit einem Anhang vermehret von einem Liebhaber dieser Wissenschaft. Frankfurt und Leipzig 1747. De oniromantia p. 401—424 agitur. Primum de descriptione, divisione, tempore somniorum sermo est, quarum rerum nonnullae e Melanchthonis dissertatione desumptae sunt; deinde in universum do somniorum significationibus agitur; sequitur enumeratio somniorum alphabetica.

Schlagen seine Untergebenen, bedeutet derselben Gehorsam; das Eheweib schlagen, bedeutet, daß sie ihm ungetreu wird; Fremde Leute schlagen, bedeutet Uebelthat und Strafe; Von Unterthanen oder Todten geschlagen werden, bedeutet etwas gutes[1]; Von andern geschlagen werden, präsagieret nichts gutes = Artem. II, 48.

Tantzen, bedeutet Unzucht und Schande; Einem Krancken, Unsinnigkeit; Einem Gefangenen, Erledigung; Einem Schiffenden, Wassers-Noth; Einem Dienst-Bothen, Schläge; Zu Hause tantzen, oder an schönen Orten, gute Nahrung und Reichthum = Art. I, 76.

Adler, bedeuten hohe vornehme, gewaltige und zuweilen räuberische Personen. Adler auf dem Haupte haben, bedeutet den Tod. Auf einem Adler stehen oder sitzen, drohet grossen Herren den Tod; niedrigen Personen aber bedeutets, daß sie von vornehmen Herren aufgenommen werden = Art. II, 20.

III. Allerneuestes auf vielfache Erfahrung gegründetes Traumbuch .... gesammelt aus den Beobachten des alten berühmten Eremiten Anastasius Lauber. Berlin s. a., sed certe initio huius saeculi attribuendum. Ordo est alphabeticus. Ohren, darin Ameisen oder Würmer haben, bedeutet den Tod;

1) Locus Artemidori turbatus est; sed hic sensus inesse videtur.

Ohren, darin Korn und Waizen wächst, Gutes; Ohren räumen, bedeutet gute Botschaft; Ohren, um die geschlagen werden, bedeutet Böses; Ohren, viel haben, Reichen und Armen Gutes, Dienstboten aber Böses; Ohren wie ein Esel haben, bedeutet Dienstbarkeit und üble Herren; Ohren wie ein Wolff, bedeutet Betrug = Art. I, 24; Schläge bekommen, bedeutet Gewinn; Schlagen seine Untergebnen, bedeutet deren Gehorsam; Schlagen sein Weib, bedeutet deren Untreue = Art. II, 48.

IV. Vollständiges erneuertes und vielvermehrtes Traumbuch oder die Kunst etc. 24. Aufl. Lörrach s. a. Hic et qui sequuntur libri omnes intra hos quinquaginta annos editi esse videntur. Ordo omnium est alphabeticus. Ameisen in den Ohren haben; bedeutet den Tod. Art. I, 24; Adler sehen, wenn er auf den Kopf fällt; Todesfall. Art. II, 20; Leiche im Haus sehen, baldige Hochzeit. Art. II, 65; Bart an einer Frau sehen; bedeutet den Tod ihres Mannes; Wittwen gut. Art. I, 30.

V. Neuestes Traumbuch oder Auslegung und Deutung aller Träume, nach genauen Beobachtungen der Griechen und Römer. Tangermünde s. a.

Ohren viel haben: Reichen und Armen gut; Ohren räumen: gute Botschaft; Ohren wie ein Esel haben: Dienstbarkeit und üble Herren = Art. I, 24; Schlagen sein Weib: Untreue; Schläge bekommen: Gutes = Art. II, 48; Tanzen: und Jauchzen: Unglück; einem Gefangenen und Bekümmerten: Gutes Art. I, 76; Leichen sehen: Hochzeit Art. II, 65.

VI. Das wahre egyptische Traumbuch von anno 1231 nebst Auslegungen mit beigesetzten Nummern. Znaim s. a. Ohren, wenn Du einem Wolfe ähnliche hast: Mühseligkeit; Ohren, wenn Du einem Esel ähnliche hast: Arbeit, Dienst; Ohren in die Deinen, wenn Korn oder Weizen wächst: Gut; Ohren, auf Deine Dich schlagen: Nicht gut; Ohren, Deine reinigen: Gute Nachricht; Ohren, wenn Du viele hast: dem Reichen und Armen gut, dem Knecht nicht = Art. I, 24; Schlag bekommen: Gewinnst Art. II, 48; Ringen mit einem Toten: Krankheit Art. I, 60; Bart, einen, wenn ein Weib sieht: Der Tod ihres Mannes Art. I, 30.

VII. Vollständiges und untrügliches Traumbuch, oder die Kunst, alle Träume zu deuten. Aus den Papieren der berühmten Wahrsagerin Mlle Le Normant in Paris. Jena s. a. — Leiche sehen — Hochzeit Art. II, 65; Adler — Reichthum, große Macht, Gewinn; Adler einem auf den Kopf fallen — Trauriger Vorfall; Adler fangen — Gram; Adler, von einem in die Lüfte getragen werden — naher Tod; Adler haben — Fester Entschluß, große Ehre; Adler hoch fliegen sehen — Reichthum, Ehre, Liebesglück; Adler, damit niederkommen — Größe, Macht und Ansehen des zu erwartenden Kindes; Adler schießen — Verlust; Adler auf dem Kopfe — Todesfall; Adler, darauf stehen oder sitzen — Tod dem Reichen, Gutes den Armen; Artem. II, 20 comparanti apparet illa ex duobus fontibus fluxisse, quorum alter ad Artemidorum redit.

VIII. Die Traumdeutekunst, hergeleitet von Egyptern und Arabern, Berl. s. a. In titulo interiore legitur: Oniromantia oder Traumdeutekunst, aus den wichtigsten und bewährtesten Schriften der Aegypter, Araber, Griechen, Perser, Phönicier und Römer geschöpft. — Adler, auf dem Haupte haben, kündet: den Tod; auf einem Adler stehen oder sitzen, deutet: den Tod eines großen Herrn, oder Aufnahme von seiten vornehmer Herrschaften = Art. II, 20. — Schlagen, seine Untergebenen: hat deren Gehorsam zur Folge; sonst jemand schlagen: Friede im Hauswesen, aber auch Strafe; die Ehefrau schlagen: bezweckt Untreue derselben; geschlagen werden: läßt etwas Gutes erwarten. — Leichen sehen: läßt baldige Hochzeit erwarten. His exemplis satis monstrasse mihi videor, quanta Artemidori auctoritas adhuc apud vulgum sit.


3 2044 018 907 808


JUL 22 1909
NOV 11 1910
DEC 10 1910
FEB 8 1911
CANCELLED
WIDENER
FEB 1 3 1994
BOOK DUE
JUN 2 5 1977
5758749

